PARERGA PINDARICA

SCRIPSIT

TYCHO MOMMSEN.

CYPRIORUM, EURIPIDIS, CALLIMACHI, MENAECHMI SICYONII ALIORUMQUE FRAGMENTA QUAEDAM EX SCHOLIORUM VETERUM AD PINDARI NEM. IX. X. XI. CODICIBUS MSS. RESTITUTA; EADEM SCHOLIA EXPLICATA, EMENDATA, AUCTA; IPSIUS POËTAE LOCI QUIDAM DIFFICILIORES EORUNDEM CARMINUM TRACTATI.

FRANCOFURTI A. M.
TYPIS MAHLAU & WALDSCHMIDT.
MDCCCLXXVII.

BEROLINI
APUD WEIDMANNOS.

PARERGA PINDARICA

SCRIPSIT

TYCHO MOMMSEN.

Cypriorum, Euripidis, Callimachi, Menaechmi Sicyonii aliorumque fragmenta quaedam ex Scholiorum veterum ad Pindari Nem. IX. X. XI. codicibus mss. restituta; eadem Scholia explicata, emendata, aucta; ipsius poëtae loci quidam difficiliores eorundem carminum tractati.

FRANCOFURTI a. M.

TYPIS MAHLAU & WALDSCHMIDT.

MDCCCLXXVII.

Praefatio.

Perpaucis mihi ad hanc commentationem diebus concessis, seponere paulisper res grammaticas, quae cum ad ingentem et locorum et scriptorum copiam pertineant non possunt nisi feliciore otio recte tractari, ac de Pindaro eiusque interpretibus vetustis critica quaedam, quae iam diu in scriniis latitant, expromere liceat.

Inter codices Pindari manu scriptos, quamquam triginta amplius *Scholia Vetera* quae dicuntur exhibent, tamen *duo* tantum exstant qui eorum partem extremam continent, dico ea Scholia quae ad Isthmia et ad Nemeaea carmina posteriora referuntur. Hi duo codices sunt Vaticanus secundus (B), qui fuit quondam Fulvii Ursini, et Mediceus alter (D), utiles ambo nec tamen perinde utiles. Liber enim Vaticanus, etsi aliquanto melior et vetustior est Mediceo, tamen eadem ferme vitia habet cum Scholiorum editione principe quae anno 1515 opera et studio Zachariae Calliergi typographi Papalis Romae prodiit. Nec mirum, cum Zacharias hunc ipsum codicem typis exscriberet, ita ut edita Romana Scholia omnia propemodum vitia, detrimenta, foramina referant, quae in lacero illo libro et saepe ad legendum difficili vel hodie apparent. Discrepantia si qua est ea aut male lecto archetypo aut neglegentia vel prava coniectura ipsius Calliergi nititur. Fuit enim in hoc homine summa fides, tolerabilis cura, antiquioris Graecitatis inscitia singularis. Hinc factum est ut e codice Ursiniano comparando quamvis egregio non multum auxilii ad emendationem Scholiorum redundet. Longe aliter Medicei libri utilitas comparata est. Is enim, etsi vitiis scatet saeculoque minimum post Vaticanum (quem saeculo XII. vel XIII. ascribunt) confectus est, quia non ex illo sed uterque seorsum ex vetustiore exemplari pendet, non solum multorum quae Vaticanus habet mendorum expers est sed etiam haud raro aut locos inter Scholia laudatos saniores et perfectiores exhibet aut integra commata adiicit quae fortuito ex altero libro videntur excidisse. Praeterea haud scio an codex Ursinianus hic illic manum emendatricem doctrinamque mediae aetatis redoleat, ut cum Nem. X, 74 ἀμπνοάς habet pro ἀναπνοάς speciem praebet importantis formam poeticam, sine fructu, nam ἀναπνοάς, quod in metro peccat, glossam esse vocis rarioris cuiuslibet manifestum est. Neque alio revoces, quod in Scholiis ad Nem. X, 114, 7. 8 terminatio accusativi pluralis numeri ῶς Pindaro (vel certe Didymo) in hoc codice obtruditur; possit adeo eiusdem generis esse, quod inter vetustos hic tantum liber carmina Isthm. III et IV vulg. dissociata habet et brevi de numeris Isthmii IV observatione Scholiastam interpellat. Erat cum de Tzetzis vel eorum aequalibus Graeculis cogitarem, qui eadem aetate, qua liber Vaticanus scriptus est, in his literis operam consumebant. Utut est, mihi vitiosior quidem multo sed nonnunquam magis genuina visa est Medicei libri scriptura. At in eodem vice versa plurima exciderunt, quae leguntur in Vaticano, denique multos etiam errores alter cum altero communes habet. Quamobrem ne quis nimiam sibi ne ex Mediceo quidem salutem speret; non nova eius est

Scholiorum sylloge, est eadem quae in Vaticano: modo longiora sunt, modo breviora, transponuntur cola, immutantur verba, nec tamen ipsa re diversa sunt. Moneo hoc ideo potissimum, ne quis obrutum latere putet in Mediceo fontem cum explicationis lectionisque Pindaricae tum ceterae antiquitatis doctrinae, qualem ex Ambrosianorum Scholiorum apographo Vratislaviensi Boeckhius aperuit.

Cum ante triginta annos Romae Vaticanum codicem tractabam multosque etiam Scholiorum locos cum eo comparabam, non opinabar fore ut adversa fortuna per multos annos a perficiendo opere depellerer; quindecim vel quattuordecim annis post cum ei iterum manum admovere liceret, post excussos libros Parisienses contigit mihi quidem hoc ope Academiae Berolinensis, ut et Mediolani novos eosque optimos lectionis fontes recluderem[1]) Scholiorumque Ambrosianorum apographon accuratissimum conficerem, et Florentiae inter bonos huius urbis libros etiam Medicei B. Scholia ad Nemeaea et Isthmia cum editis diligenter conferrem (plenum opus taedii), consummarem igitur ea quae olim inchoaveram, sed cum mox ad infelicium Rectorum ordinem traducerer, et negotiorum scholasticorum molestia et studiorum grammaticorum labor ac mora tam prorsus mihi manum oculosque, non mentem animumque meum a Pindaro abripuerunt, ut nec Commentarios Criticos absolvere nec si quis paulo ingratior cavillandum sibi aliquid vel reprehendendum potius quam refellendum atque accuratius anquirendum sumpserat, tueri mea meamque causam dicere, nedum Scholia (quod pridem in animo erat facere) emendatiora atque integriora edere vacaret. Et ab hoc deterrebat me praeterea librorum philologicorum penuria, qua in hac urbe vehementer laboramus.[2]) Adde quod ne apparatum quidem

---

1) Obtrectatorum unus, qui de editione mea censuram fecit, Pindarum Ambrosianum (qui fuit Georgii Merulae) a Martino Hertzio inventum esse dicit. Non ego hercle inviderem optimo amico, si invenisset, neque hanc ei laudem praeriperem, sed res aliter se habet. Cum anno 1847 Hertzius Roma domum profecturus Mediolanum viseret, meo rogatu numeros brevemque descriptionem codicum Ambrosianorum Pindari, praeterea lectiones quasdam eorum locorum quos ei indicaveram, Romam (ubi remanseram) misit literis ad me ex illa urbe datis. Rogaveram autem, quia indiciis amici certior fieri volebam, quantum temporis Ambrosianis libris excutiendis absumpturus essem, si ipse eodem venissem. Haec ille officiose, sed casu accidit, ut non proximo vere sed quattuordecim annis post Mediolanensium penates attingerem. Tum in sinu gaudebam laetae iuventutis memoria, cum signum Hertzii eo ipso loco ubi initium est Pindari in libro Merulano conspicerem, quamquam necesse non erat, quia Dozius et Gaddius, qui tum illi bibliothecae praefecti erant, et codicum et indicum eius pervestigandorum plenissimam mihi copiam fecerant. Riserit vir inter paucos mihi carus, cum legebat, exstitisse quendam qui propterea quod numeros illos et lectionis specimina anno 1847 mecum communicasset, ipsum suspicaretur id invenisse quod ego anno 1861 in hoc codice inveni. Scilicet censor benevolus collegerat id ex epistula ad beatum Friederichsium, in qua (p. 4) ut gratam memoriam amicitiae recolerem obiter Hertzium nominavi. — Ut hoc ille perperam meoque cum damno interpretatus est, ita alterum quoque. Cum ad Pyth. V, 39 verbis *τέγεϊ Παρνασίῳ κάθεσσαν* ita explicatis '*defixerunt in culmen* montis' de industria insolentiorem verbi Latini structuram vulgatae praetulissem, ut terminum quo defigendi actio contenderet argutius significarem, cumque ad hoc me attentum lectorem satis advertisse putassem, delegans eum in antecedenti pagina extrema ad ea quae in Supplemento Adnotationis (ad Ol. I, 89 p. 9 sq.) de *dativo termini* disseruissem, benevolus ille censor adeo immemor fuit Plautini illius

Di deaeque me omnes perdant,
nisi te hodie, si prehendero, *defigo in terram* colaphis.

aliorumque exemplorum (ut Plin. H. N. 8, 12, 34), ut me violatae legis notissimae linguae Latinae crimine insimularet. — Idem ne absolutam quidem esse a me contendit codicum Pindaricorum cognitionem, quandoquidem Bodleianos (infimae notae libros) non retractassem. — Ne sit mihi pudori, quod et ipse ut decessor meus immortalis Ahlwardtos meos nactus sum. Est enim singularis in hominibus quibusdam proclivitas, ut quae suum captum suumque modulum excedere vident detrahere ac possessione deturbare studeant.

2) Ita factum est, ut etiam Baiteri observationis de praepositione *σύν*, quam Isocrates et Lycurgus devitavissent, ignarus essem, cum eam (excepto Xenophonte) omnino non fuisse Atticae prosae ostenderem. Attamen interesse aliquid inter hanc et illam observationem aequos iudices non fugiet.

Scholiorum vulgandorum perfectum habebam; ut absolverem, Italia tertio adeunda erat, nec paucorum mensium opera restabat; quod iam desperabam me unquam sive a civibus sive a facultatibus meis impetraturum. Quae mihi causae fuerunt, ut spem fallerem, quam in me Bergkius vir humanissimus de edendis Scholiis collocavit (edit. 3. praefat. p. VIII).

Neque hodie vergente iam aetate ad iuventutis meae consilium redibo, nisi totius vitae conditio mutetur, quod ne cogitare quidem licet. Nunc satis honoris est, si inter scribas et viatores magistratuum maiorum habeamur, a literatorum gloria temperandum est. Sciant hoc ii qui nuper se sibi videri doctiores et sagaciores huius rei curatores professi sunt neve a mea aemulatione sibi quidquam metuant. Modo ne turgeant solum, sed se esse tanto negotio suscipiendo pares doctrina ac diligentia ostendant, me vero et facile adsentientem et adiuvantem se iis habebunt quae per complures annos collegi. Id unum hac scriptione egi, ut parvo specimine emendationum homines eruditi ad munus Scholiorum Pindaricorum recte edendorum invitarentur.

Superest ut de mea opella paucis referam. Selegi Scholia ad Nem. IX. X. XI., quae tria carmina communi quasi iniuriae vinculo continentur. Ea autem iniuria duplex est. Non modo temere videntur esse adsuta Nemeonicarum corpori, sed etiam indoctis et scribentium et emendantium manibus cum in textu tum in Scholiis ita foedata sunt, ut eorum miserimonium vel lapidem, ut aiunt, commovere queat. Fortasse eam ipsam ob causam quod seorsum quodammodo leguntur, quanto plus quam ceterae odae corruptionis traxerunt, tanto minus quam multae aliae a viris doctis excussae sunt. — Omnino ea Scholia quae ad Nemeonicas posteriores et ad Isthmionicas pertinent, quia usque ad hunc diem librorum Mss. auxilium frustra exspectarunt, eandem fere faciem exprimunt, quam Calliergi manu nacta sunt. Etenim post Zachariam *sex* editores plurima vitia intacta reliquerunt, vel nihil omnino vel pauca corrigentes. *Brubachianae* (1542) editor (quis fuerit nescio, ft. Fr. Sylburg) in Metrica aliquando sua commenta intulit, praeterea raro asteriscum signum dubitationis adiecit, nihil amplius. *Oliva Paulus Stephanus* (1599), Henrici filius, quamquam (in epistola dedicatoria ad J. Bongarsium) de adiuncta sibi Isaaci Casauboni affinis sui opera deque Scholiasta ut iam multis locis emendatiore gloriatur, in his quae accurate examinavimus carminibus Nemeaeis nihil omnino fecit, ut nec *Oxonienses* editores (1697) nisi perraro et tum mutatione in peius. Primus nonnulla *Beckius* (1795), deinde pauciora *Heynius* (1798 et 1817), denique aliquanto plura *Boeckhius* (1819) correxit. Quantum e consensu editionum colligo, Stephanus Romanam, Oxoniensis Brubachianam, Beckius Oxoniensem, Boeckhius Heynianam exprimendam curavit; de ipso Heynio mihi non constat, sed videtur praecipue Beckianam secutus esse. Si recte dinumeravi, codices mei quot locis addunt tot demunt fidem coniecturis virorum doctorum, praeterea autem multis locis ea quae illi non attigerunt perversa et corruptissima esse ostendunt. — De mea codicum Mss. lectione hoc habeo dicere. Ut fallimur mortales, ita mihi quoque accidisse potest, ut fallerer, sed cum per sex vel septem annos totos aut huic uni studio vacaverim aut omne tempus quod mihi ab aliis rebus immune erat legendis codicibus Graecis impenderim, non est veri simile me saepe intellegendo peccasse. Praeterea cum aliqua mihi esset a puero delineandi facultas, permediocris ea quidem sed quae huic negotio sufficeret, omnia codicum cum detrimenta, lacunas, foramina, tum ductus apicesque ambiguos locis difficilioribus sedulo in margine imaginibus repraesentavi. Quare excusationem habeat si qua meae mihi est lectionis fiducia, quae non est mihi nata ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης, ut nec alii codicum legendorum peritiam sine usu assiduo multaque diligentia exorituram esse confido. — Quod ad vitia codicis Medicei attinet, cupiebam antea permulta omittere, quae absurda esse videbantur; postea cum nonnulla eorum quae prima specie nihili erant tamen ut vera scriptura inveniretur optatissimum subsidium ferre intellegerem, ab omissionibus animum revocavi, sed ita, ut meros literarum errores (quales

sunt ι pro η scriptum vel η pro ι, accentus, spiritus) plerumque praeterirem. Quod si iusto operosius instituimus, aliorum magis quam nostrae utilitati hac re consultum est, cum iidem, si horum Scholiorum editores exsisteremus, gravissima tantum ipsis Scholiis subiiceremus, cetera aut premeremus silentio aut ad extremas plagulas relegaremus. Lemmata cum iam in editione majore si qua discrepant commemorata sint, hoc loco iterare nolui; sunt autem in Vaticano rarius, in Mediceo persaepe editis longiora. — Externa sic administravi, ut numeri primo loco positi (I, II cett.) carmen significent, alteri (1, 2 cett.) versiculos ex computatione ante Boeckhium vulgata, tertii (1, 2 cett.) lineas Scholiorum in editione Boeckhiana. Ut ad Inscr. Nem. XI Scholion 25 lineis, ad vs. 1 eiusdem carminis 11 lineis constat, in ceteris similiter. — De sermone Scholiastarum Veterum passim locutus eumque ad aetatem Didymo proximam revocandum esse arbitratus sum. Quamquam non ignoro quantum inter hos et Paraphrastae usum intersit, ut vel vocula illa ὀφείλει (ad Nem. IX, 109, 4) indicatur, qua toties pro δεῖ (χρή) utitur Triclinius. Sed in eam rem alii diligentius inquirant, ut in auctores Veterum Scholiorum, si quos opinantur se posse rimari. Mihi ex his quae tractavi nihil quod certum esset effici videbatur. — His quae ad ipsa Scholia Vetera spectant subinde alia interposui, sive adnotationem criticam editionis supplendam mendisve aut meis aut operarum purgandam videbam, sive de Triclinio eiusque scholiis et glossis[3]) aliquid quod non inutile esset adiiciendum putabam, sive denique ad ipsa Pindari verba emendanda habebam quod conferrem. Nam cum adhuc commentariis non absolutis quasi mutus inter obloquentes et adstipulantes versatus essem, licebat hanc opportunitatem nacto modo defendere ea quae olim coniectaveram, modo improbare ea aliaque commendare. Ubi cum saepius *Bergkio* adversari oportuit, ne quis credat me unquam aut deposuisse aut depositurum esse viri egregii reverentiam, quem haud ignoro quantum se nostris literis praestiterit. Sed videtur mihi ideo facilius fieri, ut non persuadeat, quod immensa vi doctrinae et praecipue Graecae linguae scientia admirabili, tum iudicii quo plurimum pollet subtilitate eximia praeditus, nonnunquam his virtutibus quasi nimiis abripitur, ut simpliciora ac planiora contemnat rectique sensum amittat. Nec male eum defendas exemplo Bentleii, qui et ipse ingenio atque eruditione non raro abusus est. — Omnium autem maxime in Scholiis ad Nem. X et XI ad *fragmenta poetarum* animum attendi, de quibus cum liber Mediceus optime meritus sit, extremum est, ut hunc codicem accuratius describam. Ursinianum non opus est, de quo alio loco pluribus verbis disserui.[4])

Hic liber, quem Boeckhius appellavit Mediceum secundum (Med. B) ego in ed. mea litera D notavi, exstat in bibliothecae Laurentianae pluteo XXXII, num. 52. Est forma fere quadrata, minuto et breviato charactere in Olympiis et Pythiis, aliquanto grandioribus literis in Nemeaeis et Isthmiis, sed ubique quasi cursim et festinantiore calamo scriptus, ut Ambrosianus A, hac in re multo diversus a Vaticano B. Iota subscriptum perraro apparet. Chartaceum dicit Bandinius in Catologi Vol. II p. 212; mihi vero atque aliis (ut del Furiae tum biliothecae Laurentianae praefecto) bombycinus potius visus est olim; possit etiam videri papyraceus, quae sententia fuit Ferrarii ante triginta annos eiusdem bibliothecae „adiutoris“. Existimatur esse saeculi XIV. Constat foliis 125, quibus continentur haec:

1. fol. 1—97. Pindarus cum scholiis sed sine glossis. — **2.** fol. 98—119. Theocritus cum scholiis. (Incipit ab Ἀρτεμιδώρου γραμματικοῦ ἐπὶ τῇ ἀθροίσει βουκολικῶν ποιημάτων; non videtur innotuisse Zieglero.) — **3.** fol. 120 sq. Lycophronis Cassandrae vss. 1410—1474 cum scholiis. —

---

3) De Triclinianis quid sentiam ad Nem. IX, 121 paulo copiosius commentabor.

4) Vide Annalium Antiquit. (ed. Bergk. et Caesar.) a. 1847. vol. V, p. 807 sqq.; Mus. Rhen. a. 1848. vol. VI, p. 435 sq.

4. fol. 122 sq. Quaedam Pselli. — **5.** fol. 124 sq. Odaria Constantini Grammatici Siculi (*τοῦ Σικελιώτου*) quinque (tertium Isaaco Comneno dedicatum); cf. Piccolos, Supplément de l'anthologie Grecque (Paris 1853) p. 167—171; et Fr. Jacobs, Anthol. Graec. Paralipp. Nr. 199 p. 737.

In primis septem foliis, quae vetustate valde consumpta erant, margines restituti sunt, ac videntur initio periisse nonnulla quae vitam poetae aliaque id genus continebant, sed in extrema parte Pindari hic liber non est mutilus neque unquam plura habuit. Librarius enim versu Isthm. VIII vulg. extremo in media pagina folii 97 scribendi finem facit, tum decem versiculos (fr. Isthm. 4) adiicit, denique (post lacunam) in inferiore margine subscribit decantatum illud *χρυσοῦ στερήσει δοῦλός εἰμι τυγχάνων*. — Tres librarii in his carminibus describendis operam posuerunt, quorum primus Olympia et Pythia cum scholiis, alteri duo reliquam partem exaraverunt ea lege ut aliquando tertius vicem secundi expleret. Quare, a tertia manu profecta est Scholiorum ad Nem. IV ea pars quae apud Boeckhium (ad vss. 14—43 vulg.) legitur inde a pag. 451, 5 (*ἄλλως*) usque ad pag. 453, 11 (*τὸν τελαμῶνα*), praeterea ad Nem. VII, 116 (Boeckh. p. 483, 3—9), ad Nem. IX, 41 (Boeckh. p. 494, 3 ab inf. — p. 495, 2 (*σημεῖον*)), ad Nem. X, 61—69 (Boeckh. p. 504 ab 61, 1 sqq. usque ad p. 505, 69, 2 (*πρόγονοι*)). Textus in his locis a secunda manu est, exceptis Nem. IV versibus 30—63 vulg., quos tertia manus (neglegentioris multo et imperiti hominis) exaravit. — Bini versiculi ubique alter iuxta alterum scripti sunt, quae nonnunquam causa fuit erroris exscribentium. Ut Isthm. V, 22 sq. = VI, 31 sqq. ita collocati versiculi

μυρίαι δ' ἔργων καλῶν	*τέτμηνθ' ἑκατόμπεδοι ἐν σχερῶ κέλευθοι*
καὶ πέραν νείλοιο παγῶν	*καὶ δι' ὑπερβορέους οὐδ' ἔστιν οὕτω*

ansam dederunt librario codicis Parisiensis tertii, ut verba *τέτμηνθ' . . . . παγῶν* omitteret, cum oculi a *καλῶν* ad infra scriptum *παγῶν* aberrarent. Idem tamen ut hunc codicem ab interpolatione immunem ante oculos habuerit fieri non potuit, cum ipse ab aliis interpolatis (ut a Florentino *α'*) oriundus sit, sed interpolatum aliquem, qui versus eodem ordine scriptos habebat. Quid quod in Med. B vel duo carmina eadem perpetuitate scripturae continuata leguntur, Isthm. II et III

ξεῖνον ἐμὸν ἠθαῖον ἔλθησ.	*εἴτις ἀνδρῶν εὐτυχήσαισ*
καὶ σὺν εὐδόξοισ ἀέθλοισ	*ἢ σθένει πλούτου κατέχει*

et Isthm. VI et VII vulg.

ἀνέ-	
τειλαν παρ' εὐτείχεσι κάδμου πύλαις.	*τίνι τῶν πάροσ ὦ μάκαιρα θῆβα*

ubi librarius post *πύλαις* et ante *τίνι* rubro crucem addidit signum disiunctionis, quod inter Isthm. II et III addere neglexit. Idem de Isthm. V et VI vulg. enotavi; inter VII et VIII paulo plus distinctionis est. Non solum in Isthmiis hoc neglegentius, sed etiam Nem. VII et VIII male continuantur, nisi quod intellecto errore librarius postea minio crucem interposuit. Ne Scholia quidem in his locis maiore signo disterminantur, ut Nemeaei VIII metrica, nulla lacuna aperta aut signo interiecto, scholiis Nemeaei VII adhaerescunt. At sub scholiis Nemeaei VII *τέλος* legitur, quod quo pertineat in ed. mea commemoravi. Sin Isthm. III et IV in hoc codice ita conexa leguntur.

ἁμέραισ, ἀλλ' ἄλλοτ' ἐ	*ξάλλαξεν. ἄτρωτοι γε μὰν παῖδες θεῶν*
ἔστι μοι θεῶν ἕκατι,	*μυρία παντᾶ κέλευθος*
ὦ μέλισσ' εὐμαχανίαν	*γὰρ ἔφανεσ ἀρετὰσ ὕμνω διώκειν* (sic)

non multum inde efficitur, ut neque plus aut ex continuatione scholiorum aut ex omissione tituli et metricorum, quae codex Med. B in hac parte passim aut omittit (inde ab Isthm. III incl. omnia) aut alieno loco interponit. Liber *Vaticanus* disiungit eadem carmina, ut in ed. mea demonstratum est, et titulo separato et interiectis inter scholia verbis *τοῦ τετάρτου εἴδους ἡ στροφὴ καὶ ἀντίστροφος καὶ*

ἡ ἐπῳδὸς ταὐτὸν μέτρον ἔχει τῷ τρίτῳ, quae (ut reliqua metrica) absunt a codice Med. B. *Triclinium* ea coniunxisse non solum verba στροφὴ τετάρτη ad vs. 55 (ἀλλ' Ὅμηρος κτέ.) in codice α' adscripta evincunt, sed etiam in margine eiusdem libri superiore positus numerus δ' iuxta insequens carmen Μᾶτερ Ἀελίου, ε' apud proximum Θάλλοντος ἀνδρῶν, ϛ' apud posterius Τίνι τῶν πάρος — de solo septimo nihil in schedis meis notatum habeo — is igitur ante Boeckhium *septem*, non *octo* carmina Isthmia numeravit[5]). Sed ne inter oleas ut aiunt evagatus propositi immemor esse videar, iam ad ipsa Scholia revertor.

Dabam Francofurti ad Moenum a. d. XIII. Kal. Mart. a. MDCCCLXXVII.

Ad Nem. IX.

Memorabile Scholion de Clisthene Sicyonio in codd. mss. primo loco legitur, omisso lemmate: περὶ τῶν ἐν Σικυῶνι Πυθίων ὁ Ἁλικαρνασσεὺς οὕτω γράφει. φησὶ δὲ κτέ. (sine ulla lacuna, ut in Rom.) — ἔθεσαν, tum demum ὁ δὲ Χρόμιος οὗτος — φέρονται consequitur, deinde hunc explicationis ingressum excipit scholion ad vs. 1. Κωμάσομεν — φασίν, denique sine lemmate adiunctum νεόκτιστον δὲ ταύτην φησίν et quae sunt reliqua. Duae igitur partes cum essent, ordinem commatum ita transposuit Zacharias, ut quattuor partes faceret, lemmata adderet, de suo primae (ὁ Χρόμιος οὗτος — φέρονται) praefigeret cum lemmate titulum περὶ τῆς ἐπιγραφῆς (quem Boeckhius sustulit), sine utilitate et vel ideo inepte, quod iam ταύτην (ad vs. 3, lin. 1) non habet quo referatur. Praeterea nihil in his quod commemoratione dignum sit variant libri, nisi quod (pag. 492, 4 ed. Bö.) pro Σικυωνίαν (ita Rom.; de Vat. B nihil margini meo adscriptum reperio) in Med. B vel est vel esse videtur Σικυωνίοις. Ambiguum enim est compendium, in quod ea vox excurrit, inter οις et ας, sed non fuit αν. Genetivum Σικυωνίας nihil moror, scilicet absurdum cogitare de tertia parte Sicyoniae Clistheni concessa; dativum coniectura praecipiens Odofredus Müllerus olim adscripsit suo exemplari „Dorum“ (vol. I, pag. 144 not. 3. ed. Schneidewin.), ut haec verba Herodoti vel *Menaechmi Sicyonii* (cuius non sine causa esse Boeckhius existimat, nam nunc non inveniuntur apud Herodotum[6]) iam ita scribantur oporteat:

> φησὶ δὲ ἐν τῷ πολέμῳ τῷ Κρισαίων κατὰ θάλασσαν ῥᾳδίως τὰ ἐπιτήδεια ποριζομένων καὶ διὰ τοῦτο μακρᾶς γενομένης τῆς πολιορκίας, Κλεισθένην (Med. B Κλεισθένη) τὸν Σικυώνιον ναυτικὸν ἰδίᾳ παρασκευάσαντα κωλῦσαι τὴν σιτοπομπίαν αὐτῶν, καὶ διὰ ταύτην τὴν εὐεργεσίαν τὸ τρίτον τῶν λαφύρων ἔδοσαν τῷ Κλεισθένει καὶ Σικυωνίοις· ἀφ' οὗ καὶ Σικυώνιοι τὰ Πύθια πρῶτον παρ' ἑαυτοῖς ἔθεσαν.

Quae si vera est huius fragmenti scriptura, Amphictyones, qui Clisthenem bello Crissaeo praefecerant, ob insignia quae classe aedificata acceperant beneficia victoria reportata tertiam praedae

5) Spero hanc digressionem gratam fore viris Pindaricis, ut Constantino Bullio et Hermanno Perthesio, qui nuper de his carminibus non sine fructu disputaverunt. Nec minorem laudem alii meriti sunt, inter quos Fridericum Mezgerum, Albertum Grummium, W. Christium honoris causa nomino.

6) Carol. Müllerus, qui Scriptores rerum Alexandri M. cum Arriano edidit (Paris. 1846), inter fragmenta undecim Menaechmi quae collegit p. 145 sq. hoc non habet. Debebat commemorare saltem.

Clistheni *et Sicyoniis* concessisse, non tertiam praedae *et Sicyoniam* uni donasse, i. e. ex privato regem fecisse dicuntur. Nec refragatur quod in eodem scholio Clisthenes ἰδίᾳ classem comparasse refertur, nam poterat etiam tyrannus suo sumptu, non publico parare. Narrat autem Pausanias (10, 37, 4) Amphictyonas tyrannum Clisthenem ducem creasse (Κλεισθένην Σικυωνίων τυραννοῦντα προέστησαν) eodemque spectant eiusdem Pausaniae (2, 9, 6) verba συμπολεμήσας Ἀμφικτύοσιν, ut inter pares. Adde quod non Σικυωνίαν sed τὴν Σικυωνίαν exspectes dicturum fuisse Menaechmum, si terram significare voluisset. Nam in his nisi praepositione vel eius simili adverbio praemisso non solet omitti articulus apud melioris aetatis scriptores. Quo plus caliginis offusum est huius tyranni historiae, quem occupasse regnum sunt quae indicent, eo magis attinet cognoscere, num ope vel adeo iussu Amphictyonum Sicyone potitus sit. Operae igitur pretium est inspicere Vaticanum, habeat illud Σικυωνίαν necne. Soli Mediceo ne nimium tribuas cavendum est, ea enim qua exaratus est neglegentia dativus dativum facile trahere potuit. — Iam singula, quae minoris sunt, repetam.

ad Metr. 1. Titulus om. in Med. B. Vide ad Nem. X. Metr. — 2. κατὰ δυωδεκάδας διῃρημένη] ἐκ κώλων δώδεκα: Med. B. — 5. μετατεθείσης] τεθείσης Med. B.

ad Inscr., 2. verba αἱ ᾠδαί omissa sunt in Med. B.

ad 1, 2. Αἴτναν Med. B.

ad 2, 1. ὁ ἁλικαρνασεὺς Med. B. Rom. — 6. παρ' ἑαυτοῖς Vat. B. Rom. sqq. — παρ' αὐτοῖς Med. B.

ad 3, 3. ξένῳ] ξένων Med. B. — ib. ὑπελαύνουσαι ed. Rom., quod correxit Schneiderus, debetur Zachariae; Vat. B. Med. B ἀπελαύνουσαι. — 6. omissum τῷ in Med. B. — 10. παρά in utroque; Zacharias, cum compendium libri Vaticani male explicaret, περί dedit. — Ibidem, eodem utriusque libri errore, αἱ omissum, ut in Rom. — ib. Αἴτναν Med. B. — 11. τῆς οἰκίας τοῦ Χρομίου Med. B. — 12. ἡττηθείς] νικηθείς Med. B. — ib. idem διανύσετε, male. — 14. Λητοῖ in utroque, sed in Vaticano η obscurius, hinc Λατοῖ in Rom. Praeterea nihil discrepant codd., quod addo propter Kayserum; qui κωμάζεσθαι scribendum esse ratus est. — ib. παισίν, τὸ θαυμάζεσθαι Med. B. — παισὶ θαυμάζεσθαι [Vat. B?]. Rom. sqq. —, ut codd. neque Hermanni (αὐτὸ θαυμάζεσθαι) neque Kayseri (τὸ κωμάζεσθαι) coniecturam adiuvare videantur. Ex scholio Triclinii (quod a. 1865 edidimus p. 24) οἱ μὲν, τὸν ὕμνον, φασίν, ἀνατίθησιν — οἱ δέ, τὴν αὐτοῦ βοὴν τοῖς θεοῖς καταμηνύει, ἤγουν δείκνυσιν ἃ διὰ τὴν αὐτοῦ φιλοξενίαν αὐτῷ ᾄδουσιν nihil efficitur nisi legisse videri omnes αὐδάν, fluctuasse vero utrum μανύει de ἀναθήματι tralaticium an de καταμηνύσει proprium acciperent.

ad 8, 1. κρατήσιππον ἤτοι] ἤτοι (om. κρατ.) Med. B., recte. — 2. ἢ τὸ κρατοῦν recte Med. B., sed idem male pergit καὶ τὸ νικῶν.

ad 13, 2. παρ' ἀνθρώποις Med. B. — 5. παραδοῦναι et ἀφεῖναι Med. B. — ἀφεῖναι etiam Vat. B. Rom., nec debebat ἀφεῖναι in ἀφιέναι sed potius παραδιδόναι in παραδοῦναι commutare Boeckhius, cum Scholiastes καλύψαι Pindari exprimendum curaret. — Inter sch. ad 13 et sch. ad 16 inserta sunt Metrica in Med. B., ut in eodem libro passim.

ad 16, 3. καύχην λέγουσι Med. B. — 5. ἢ ἡ καυχητικὴ ᾠδή Med. B., inserto articulo. In reliquis nihil auxilii affertur emendaturis. Recte Benedictus dicit, torqueri scholiastas explicatione genetivi καύχας. Primi commatis verba si ad sententiam spectas aperta quidem, sed ut inde ad ipsa poetae verba coniectura regrediare nimis ambigua sunt. Possunt enim et cum vulgata lectione constare (καύχας, subaudito dativo τοῖς νενικηκόσι), et cum Kayseri emendatione (καυχᾶσθ'), et cum Benedicti (καύχαις, ut rem pro persona a Pindaro usurpatam esse voluerit Scholiastes). Postremum nunc (cum Beckio, Hermanno, Boeckhio, Bergkio (ed. 2.)) huic loco aptissimum esse censeo.

ad 18, 2. τὸν κτύπον τὸν ἀποτελούμενον Med. B. — 5. διὰ τοῦτο οὖν δὴ σύμπασιν idem. Ceterum in vitio textus αὐτὸν (quod Ceporinus correxit) omnes libri mss. conspirant, etiam ά (cod. Abbatiae Florent. quem a. 1866 denuo cum mea editione contuli).

ad 20, 1 sq. Nihil inter φησὶ et κατ' αὐτὸν addunt aut codd. aut Rom. sqq. neque necesse est; verba Φοίβῳ ἔθηκεν Ἄδραστος Heynius addidit, Boeckhius iteravit. — 3. διατιθέντος, καθὼς Med. B. Nihil interest, cum et καθά et καθώς recentioris Graecitatis sit. — 4. ἵνοῦν Vat. B. — ἵνα γοῦν Med. B. — ib. κατὰ τῶν Med. B, male.

ad 25, 2. ἐν τῇ Σικυῶνι Vat. B. — ἐν Σικυῶνι Med. B. Rom. sqq. Cave ex his minutiis colligas Calliergum Mediceo libro usum esse. Ut enim congruunt saepe acumina complurium, ita est etiam aliquando consensus erroris et neglegentiae.

5. καταδιαθέντι Vat. B. — Quod cum in libro Vaticano literas διαθ distortas paululum et ligatas haberet, Zacharias male lectum καταδοθέντι dedit. Est in Med. B ὡς διατιθέντι, quod si quid video longe praestat scripturae Vaticanae, quae inauditum vocabulum duplicatum exhibet; fuerit tamen ἅτε διαθέντι. Vide similem corruptionem Scholii ad Nem. XI, 55. Errorem oculorum Zachariae accipe quot turbas pepererit. Perversum illud καταδοθέντι quid sibi vellet cum nescirent, Beckius cum Heynio κατατεθέντι scripserunt aucto in peius vitio, ut recte Boeckhius (qui κατατεθέντι reduxit) neutrum se intellegere profiteretur, nisi quod qui κατατεθέντι reposuissent, de sepulto Sicyone Adrasto cogitasse viderentur. Scholiastes autem verbis

> Ὅς τότε μὲν βασιλεύων. ὅστις Ἄδραστος τὸ τηνικαῦτα λοιπὸν ἐκεῖ βασιλεύων ἐν τῇ Σικυῶνι, οὐκέτι ἐν Ἄργει, παντοίαις ἀρεταῖς, τοῦτο μὲν ἀγωνίσμασιν ἀνδρῶν τοῖς ἐκ δυνάμεως, τοῦτο δὲ φιλοκαλίαις ἁρμάτων γλαφυρῶν καὶ ὡραίων καὶ καινοτέραις εὐωχίαις ἐμφανεστάτην καὶ ἀοίδιμον ἐποίει τήν πόλιν. καὶ Κλεισθένης μὲν τὰ ἐν Σικυῶνι Πύθια διέθηκε πρῶτος, ἀνατίθησι δὲ τὸ ὅλον Ἀδράστῳ ὡς (ἅτε) διαθέντι, ἐπειδὴ καὶ διωρθώσατο αὐτὸς ὕστερον, καὶ ἄλλως (ἄλλων Med. B.) ἐνδοξότερος ὁ ἀνήρ.

hoc puto dicit: Clisthenem quidem Pythia Sicyonia primum instituisse, revocare autem Pindarum totum certamen ad Adrastum potius qui instituerit, quoniam et ipse (Clisthenes) non tam primus fundaverit quam postea demum instauraverit ludos et hic vir (Adrastus) praeterea (aliis Med. B) clarior fuerit. Quae quamquam primo aspectu aut „immanem imperitiam", ut Adrastus post Clisthenem fuisse eiusque ludos instaurasse credatur, aut repugnantiam, ut Clisthenes instituisse ludos et dicatur et negetur, continere videntur, me tamen arbitro brevitatis potius vitio laborant, ut nunc succinctiora et obscuriora legantur quam a vetustis grammaticis perscripta fuerunt. Multa in his scholiis et ab iis qui conquisiverunt ea et disposuerunt et ab ipsis librariis contracta sunt, ut ingentem commentariorum Pindaricorum molem ad breve pondus reducerent. Restant tamen vestigia veri, distinctione inter διατίθεσθαι et διορθοῦσθαι, inter αὐτός (Clisthenes) et ὁ ἀνήρ (Adrastus), quamquam haec ad eundem referri possunt, non prorsus obliterata. Nullo igitur pacto hoc scholion discrepat cum iis quae antea legimus (ad vs. 20) ἀνατίθησι γὰρ τὴν τῶν Πυθίων θέσιν ἐν Σικυῶνι Ἀδράστῳ, ποιητικὴν ἄγων ἄδειαν, Κλεισθένους αὐτὰ διαθέντος, καθὰ δεδήλωται. ἵνα οὖν ἐνδοξότερον ἀποφήνῃ τὸν ἀγῶνα κτἑ. (unde sua deprompsit Triclinius: ποιητικῇ ἀδείᾳ τὰ ἐν Σικυῶνι Πύθια τὸν Ἄδραστον τεθεικέναι φησίν), nisi quod ille poetica licentia ad heroum aetatem institutionem ludorum revocatam esse statuit, hic poetam historiae conciliaturus addit, postea demum Pythia illa antiquioribus Adrasti ludis substituta esse.

ad 30, 2 sqq. Exscripta apud Scholiastam verba Herodoti (5, 67) in codd. non admodum ab editis diversa sunt. In fine Vat. B. Rom. χώρην, Med. B. χώραν; solet enim hic liber peccare in dialecticis, ut (2) Ἄδραστον habet, ubi Ἄδρηστον Vat. B. Rom. sqq., sed idem postea (4) consentit de Ἀδρήστῳ; verba quae his interveniunt (3) ὁ δὲ Ἄδρηστος ἦν Πολύβου casu haplographico in Med. B.

exciderunt. Praeterea (2) *εἰώθεισαν κάρτα τιμᾶν* Vat. B. Rom., *εἰώθασι μεγαλωστὶ κάρτα τιμᾶν* Med. B., recte inserto adverbio.

4 sqq. **Menaechmi Sicyonii** fragmentum, quod h. l. servatum est, ita restituo:

Χρόνου παρελθόντος πολλοῦ Πρῶναξ μὲν ὁ Ταλαοῦ καὶ Λυσιμάχης τῆς Πολύβου βασι | λεύων Ἀργείων ἀποθνήσκει καταστασιασθεὶς ὑπὸ Ἀμφιαράου καὶ τῶν Μελαμποδιδῶν καὶ τῶν Ἀναξαγοριδῶν. Ἄδρα | στος δὲ ὁ ἀδελφὸς τοῦ Πρώνακτος φυγὼν ἦλθεν εἰς Σικυῶνα, καὶ τὴν Πολύβου τοῦ μητρο | πάτορος βασιλείαν παραλαβὼν ἐβασίλευσε τῆς Σικυῶνος, καὶ τὸ τῆς Ἥρας τῆς Ἀλέας κα | λουμένης ἱερὸν καθ' ὅνπερ ᾤκει τόπον ἱδρύσατο. τὴν δὲ ἐπωνυμίαν ἔλαβε ταύτην τὸ | ἱερὸν διὰ τὸ φεύγοντα τὸν Ἄδραστον ἱδρύσασθαι καὶ καλέσαι ἱερὸν Ἥρας Ἀλέας. | τὸ δὲ φυγεῖν τινες ἀλᾶσθαι ὠνόμαζον.

5. *Πρώναξ* codd. Rom., ut solent scribere cum hoc nomen tum *χειρῶναξ*, *Ἱππῶναξ* al. — ‖ 6. *καταστασιασθείς* Med. B. — *κατασταθείς* [Vat. B.] Rom. vulg. — ‖ *καὶ τῶν μελαμποδιδῶν* Vat. B. Med. B. (nisi quod is vitiose *μελαμπηδιδῶν*) Beck. — *καὶ τῶν μελαμποδικῶν* vitiose Rom. Brub. P. Steph. Ox. — casu haplographico exciderunt haec tria verba in utraque Heyniana, nec reduxit Boeckhius — ‖ 7. *δὲ ἀδελφός* Med. B., ft. rectius sc. *ὤν* — ‖ *τοῦ μητροπ.* Vat. B. — *τὴν μητροπ.* Med. B. — *μητροπ.* Rom. vulg. — ‖ 8. *παραλαβών* Med. B. — *λαβών* [Vat. B.] Rom. vulg. — ‖ *ἐβασίλευε* Med. B. — *ἐβασίλευσε* [Vat. B.] Rom. vulg. — ‖ *καὶ τὸ τῆς* Vat. B. Med. B. — *καὶ τῆς* Rom. vulg. — ‖ *ἀλέας* Med. B. (idemque, ambiguo compendio cum notaret (ἀλ$^{ε'}$), voluisse videtur auctor codicis Vat. B.) — *ἀλεξάνδρου* Rom. vulg. — ‖ 10. *Ἀλέας* de meo scripsi — *ἀλε* | *ξάνδρου* in textu quidem Vat. B., sed librarius, qui peccatum sensisse videtur, ut corrigeret errorem, sua manu adscripsit in margine *ἢ ἀλέου*, in exitu vocis iterum lapsus; habebat enim hanc voculam in codice quem describebat exaratam ambigue, ut in quam syllabam excurreret haereret. Zacharias autem non solum hîc neglexit marginem sed etiam illîc interversa vera lectione spuriam et absurdam *ἀλεξάνδρου* Menaechmo obtrusit. Hinc factum est ut a Rom. vulgaretur. — In Med. B. infelici casu quinque verba exciderunt, habet ille *ἱδρύσασθαι. τὸ δὲ, τινὲς φυγεῖν, ἀντὶ τοῦ ἀλᾶσθαι ὠνόμαζον*, perverse.

Jam inventa lectione *καταστασιασθείς* paulo aliter de Pronacte tradidisse Menaechmum constabit ac vulgo creditum est. Vide quam male procedat tibi narratio legenti vulgatum illud *κατασταθείς*. Moritur Pronax in imperio Argivo, ubi rex factus est ab Amphiarao, Melampodidis, Anaxagoridis. Quid attinebat dicere Pronactem antequam moreretur ab aliis regem fuisse constitutum? Scilicet ipsi adversarii ei hoc munus donaverant. Quid? Adrastus frater non Argis in locum defuncti rex creatus sed Sicyona aufugit ibique regnum occupat. Cur aufugit? ipsene fratrem occidit? Perversa haec, si quid video. Loquitur scriptor rerum Sicyoniarum de exitu Pronactis; movisse arma duce Amphiarao cum ceteros Melampodidas, tum Anaxagoridas s. Proetidas (Pausan. 2, 18, 4), ut ille Talaides s. Biantides seditione opprimeretur. Occiso fratre Adrastus Argis iam non tutus Sicyona concedit, ubi rex factus est. Tam hoc quidem tibi in proclivi quam imber est quando pluit. — Accedit quod paulo post legimus:

19 sqq. *διαφορὰ δὲ ἐγενήθη* (*ἐγεννήθη* Med. B.) *τοῖς περὶ Ἀμφιάραον καὶ Ἄδραστον, ὥστε τὸν μὲν Ταλαὸν ὑπὸ Ἀμφιαράου ἀποθανεῖν, τὸν δὲ Ἄδραστον φυγεῖν εἰς Σικυῶνα καὶ γῆμαι τὴν Πολύβου θυγατέρα· τελευτήσαντος δὲ τοῦ Πολύβου χωρὶς ἐπιγονῆς ἀρσενικῆς τὸν Ἄδραστον ἔχειν τὴν Σικυωνίων βασιλείαν. εὐλόγως οὖν εἶπε· »φεῦγε γὰρ Ἀμφιάρηον Ἄδραστος« διὰ τὴν στάσιν τὴν πρὸς τοὺς Μελαμποδίδας. ὕστερον μέντοι συνεληλύθασι πάλιν, ἐφ' ᾧ συνοικήσει ὁ Ἀμφιάραος, ἵν' εἴ τι »μέγ' ἔρισμα μετ' ἀμφοτέροισι γένηται«* (Hom. *Δ* 38), *αὐτὴ διαιτᾷ.*

neque aliter eandem vocem Pindari *δεινὰν στάσιν* explicat Sch. ad vs. 32:

οὐκέτι δὲ εἰς ἄρχοντας ἠριθμοῦντο ἐν τῷ Ἄργει οἱ Ταλαοῦ παῖδες οἱ περὶ Ἄδραστον, βιασθέντες ἐν τῇ στάσει καὶ τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς Ἀμφιάραον. ἔφυγε γὰρ Ἄδραστος.

Singulari casu e verbis Menaechmi et *στάσις* et *Μελαμποδίδαι* exciderunt, ut non appareret eum idem narrasse de Pronacte filio Talai quod alii de ipso Talao prodidissent. Id solum differt inter has relationes, fabuloso decessore Adrasti regis Argivorum (*προ-ἄναξ*) non omnibus fortasse probato. Ac similis videtur fuisse discrepantia de institutione Nemeorum, quam alii iique plures ad Opheltae s. Archemori alii vero (et inter eos Menaechmus?) ad Pronactis mortem referebant, illi ft. communem omnium, hi domesticam et peculiarem famam secuti. Sed has Biantidarum cum alteris duabus gentibus rixas componant rerum fabularumque investigatores.[7])

Praeterea manifestum est, non *Ἀλέξανδρος* sed *Ἀλέα* deae cognomentum ab *ἀλᾶσθαι* (*ἀλέη* effugium) recte derivari, neque in errorem incidisse nos de illo epitheto inaudito nisi prava librarii Vaticani sagacitate qui notam sibi deprehendere visus est nominis proprii (nam Alexandri M. nomen saepe in codd. decurtatur) insolitumque quod erat insulsum reddidit. Lucramur igitur novam Junonis speciem videmusque ut apud Tegeatas Minervae Aleae ita apud Sicyonios Junonis Aleae templum fuisse, quam si quis ex aliquo titulo Sicyonio advexerit vel in aliquem invexerit, nihil impediam. Asylum in utroque fugitivis apertum esse suspiceris, cum Gerhardo viro optimo, qui utinam inter vivos esset, ut suam de hoc etymo opinionem a vetusto grammatico occupatam esse videret. Cf. Pausan. 2, 17, 7. 3, 5, 6. 7, 10. — Gratum igitur videmur fecisse antiquariis quod huic fragmento consultum est.

Quae sequuntur, leviora, tamen, si non nulla sunt, praeterire nolui.

11. *τὸ δέ, τινὲς φυγεῖν, ἀντὶ τοῦ ἀλᾶσθαι ὠνόμαζον.* Med. B. — Ib. *Διευτυχίδας* Vat. B. Rom. — *δι᾽ εὐτυχίδας* Med. B. — solita in hoc nomine permutatione.

13. *Προῖτος*] *πρῶτος*, *οἱ* supra scripto a manu recentissima (ft. ipsius Calliergi, dum typis codicem exscribit, additum) Vat B. — *ὅτι προῖτος* Med. B.

14. *δυεῖν*] *δυοῖν* Med. B. — 16. Male *ἐκοινωνήσατο* [Vat. B.] Rom. vulg. — Recte *ἐκοινώσατο* Med. B. — Ib. *γενηθῆναι* in utroque, cui *γενέσθαι* (Rom. vulg.) videtur a Zacharia esse suppositum, sine causa. Nam *ἐγενήθην* saepe in his commentariis legitur (ut h. l. 19), neque omnino recte excluseris formas eiusmodi, quae apud aequales Didymi passim obviae sunt: cf. Lobeck. ad. Phryn. 109.

17. *Μελαμπίδας* vitio Vat. B. Med. B. Rom. Brub. P. Steph. Ox. — Correxit Beckius.

18. *Ὀϊκλῆς*] *Ἰφικλῆς* Vat. B. Med. B., quod de suo videtur correxisse Zacharias. Frequentior tamen inter *Ὀϊκλῆς* et *Ἰοκλῆς* vicissitudo, ut h. l. ad vs. 35, 14 et ad Nem. X, 14, 2 *ἰοκλ*[*έος*] et *ἰοκλέους* pro *Ὀϊκλέος* legitur in Med. B. Cf. Dindorf. ad Schol. Odyss. *λ* 325 (p. 508, 1). — Ib.

---

7) Sero cognovi, lectionem *καταστασιασθείς* pro *καταστaθείς* iam a Carol. Müllero (in editione Arriani extrema, Paris. 1846, p. 145, fragm. 3) coniectura occupatam esse; idem laudat Aelian. V. H. 4, 5 *οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας Πρώνακτι καὶ ἐκεῖνοι χάριτας ἀπέδοσαν· διὰ γὰρ αὐτοὺς ἀπολομένου τοῦ Πρώνακτος, τὸν ἀγῶνα ἔθεσαν ἐπ᾽ αὐτῷ, ὃν οἱ πολλοὶ οἴονται ἐπ᾽ Ἀρχεμόρῳ τεθῆναι ἐξάρχῳ.* Addit Müllerus ʻAnaxagoridas aliunde vix notos esse; an fuerit *τῶν ἄλλων Μελαμποδιδῶν?*ʼ Coniectura nihil aberrasset a vero, si Romanam ed. inspexisset. Quos ille ʻcodd.ʼ dicat, qui *καταστaθείς* habeant, non assequor. Equidem per totum orbem terrarum nullo loco haec Scholia exstare puto nisi in Vaticano et in Mediceo codice; hos si consuluisset, *καταστασιασθείς* invenisset in altero (ft. in utroque), *τῶν Μελαμποδιδῶν καὶ τῶν Ἀναξαγοριδῶν* utrobique, hoc vel in impressis omnibus vetustioribus, ac vidisset tertiam gentem Proetidarum ab hoc loco non recte exulaturam fuisse. Erat enim inter Talaidas et alteras duas gentes contentio. Quare, vereor ne Boeckhii Heyniique Scholiorum editiones Müllero ʻcodicumʼ negotia procuraverint. De Anaxagoridis cf. Pausan. 2, 18, 5 et 30, 10. Erant iidem etiam Proetidae appellati ab avo vel proavo Anaxagorae Proeto, ut Talaidae etiam Biantidae audiebant a Biante patre Talai.

προίτου δὲ μεγαπένθης Med. B. recte, idemque *δέ* additum testatur etiam falsa scriptura Vaticani B. *προῖτος δὲ μεγαπένθ[ους]*, quae a m. rec. (Zachariae?) in *προίτου δὲ μεγαπένθης* mutata est. Turbatis paululum archetypi verbis particulam ab ed. Rom. omissam esse nihil mirum. Requiritur tamen.

23. *Ἄδραστος* Boeckh. — *Ἄδρηστος* Vat. B. Rom. sqq. — *ὁ Ἄδρηστος* Med. B.

24. Boeckh. *ἐφ᾽ ᾧ συνοικήσειν τὸν Ἀμφιάραον* scribi iubet, sine causa idonea; nam *ἐφ᾽ ᾧ συνοικήσει ὁ Ἀμφιάραος* (hoc codd. Rom. sqq.) non minus recte dicitur: cf. Krüger. Gr. Gr. 55, 3, 6; Thuc. 1, 113, 3 saepius.

26. Ex ipsis verbis *πρὸ τούτου* non consequitur, Scholiastam *ποτέ* legisse; addit hoc ft. ut in sqq. verbis *καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν δεινὴν στάσιν* (ita Med. B., omisso *οὖσαν*) addit *πρὸς αὐτόν*, utque paulo post *ἔφευγε* repetit. Duplex hoc verbum fort. sic voluit cohaerere *ἔφευγε μὲν γάρ . . . ἔφευγε δὲ καί* (quamquam Med. B. post alterum *ἔφευγε* plene distinguit), non male Pindaricorum verborum conformationem obscuriorem illustrans. Attamen cum considero, etiam in optimo cod. Vat. B. (et eius apogr. Aug. C) legi *Ἀμφιάρηόν ποτε*, et fieri potuisse ut inde lectio Medicei B. (omniumque qui ex hoc suspensi sunt) *Ἀμφιάρηόν τε* corruptione orta sit, glossae speciem mihi praebet illud *ποτε* alius vocis quae ei concesserit quamque Sch. per *πρὸ τούτου* accuratius expresserit. Quodsi Pindarus scripsit *Ἀμφιάρηον πρίν*, viam veri inveniendi monstravit Bergkius, cum *Ἀμφιάρην ποτέ* (quod numeris non omnino sufficit) coniiceret. Neque enim ausim adeo insistere vestigiis Scholiastae, ut *Ἀμφιάρην πρὶν τοῦ* proponam, quamquam habet hoc quo commendetur singulare illud *πρὶν ὥρας* (Pyth. IV, 43. quod in Schol. Vat. B. explicatur *πρὸ τοῦ δέοντος καιροῦ*), quod recentiores demum affectatae orationis scriptores (ut Josephus) imitati sunt. *ποτέ* vel propterea displicet, quod vs. 18 eadem vocula transitum ad sequentia parat.

ad 35, 1. *ὁ δὲ ἰσχ.*] *ἰσχ.* (om. *ὁ δὲ*) Med. B. — 2. *Πίνδαρος*] *ὁ Πίνδαρος* codd. cum Rom. sqq. Excidit articulus in ed. Heyn. Boe. — 4. *ἀπὸ τοῦ Ἀμφιαράου* Med. B. — 6. *συμφορῶν* codd. vulg., non *διαφορῶν* (quod coniecit Heynius, probavit Boeckhius). — 7. *ἀδροδάμαν* (c. signo n. pr.) Med. B. — 8. *ἑαυτῆς*] *αὐτῆς* Med. B. — Ib. *προδέδωκεν* idem. — 10. *στυγερήπἐριφύλη* (sic) Med. B. — 12. *ὁ δὲ συνετὸς ἀνήρ* Med. B. — Ib. *ὁ Ἄδρ.*] *Ἄδρ.* Med. B. — Attentius haec legenti Scholiastes verba Pindari *ἀνδροδάμαν (τ᾽) Ἐριφύλην κτἑ.* aut *ἀσυνδέτως* antecedentibus obiecta aut per *τε* ita adiuncta esse voluit ut hoc consecutionis et effectus esset (atque, *und so, und demnach*). Eum igitur secuti vs. 15 post *ἀνήρ* minus plene distinguamus oportet. — Addo in *α´* non esse notam n. pr. supra *ἀνδρ.* et glossam sic scriptam *τὴν Ταλαοῦ θύγατρα.* — Ad omissam vs. 17 (= 41) extr. vocem reperiendam codd. mei nihil conferunt.

ad 41, 1 sq. *εἰς τὰς ἑπταπύλους Θήβας ποτὲ στρ.* Med. B. — 4. *φίλων*] *οἴκων* Med. B., ut reddatur *οἴκοθεν* Pindari, accuratius.

6. *παραγενέσθαι* Böckh. — *καὶ περιγενέσθαι* Vat. B. Rom. sqq. — *καὶ παραγενέσθαι* Med. B. aliquatenus confirmans Boeckhii emendationem. Permutatione quae fit inter *περι* et *παρα* vix ulla in ll. mss. frequentior est et vel ipsae notae quae utramque voculam repraesentant simillimae. — Ex Scholio Triclinii (ll. p. 24.) *ἐὰν μὲν περισπωμένως τὸ αἰσιᾶν ἐκφέρῃς, ἐπὶ τῶν ὀρνίθων ἀκουστέον· ἐὰν δὲ βαρυτόνως, ἐπὶ τῆς ὁδοῦ.* videmus dubitasse eum utrum *αἰσίαν* an *αἰσιᾶν* scriberet, tamen codd. Tricliniani omnes *αἰσιᾶν* habent. Ambigue Sch. Vet. *οὐκ αἰσίοις οἰωνοῖς χρησάμενοι.*

ad 53, 2. *ἐπὶ ταῖς τοῦ Ἰσμηνοῦ ἀναβολαῖς* Med. B. — Ib. verba *γίνεται γὰρ τὰ σώματα* omissa sunt in Med. B., haplographice. — 3. Nihil additur in ll. quod iubet addi Kayserus. — 4. *διϊκνεῖται καὶ μετέωρος* Med. B., quod quis defendat, ut sit idem quod *καίπερ μετέωρος ὤν.* — *ἐκ τῶν*] *αὐτῶν* Med. B., male. — 7. Verba *τῶν νεκρῶν ἢ τὰ* in Med. B. haplographica nisi fallor neglegentia omissa, quamquam rectius absunt.

9. *πολυάνδριον* de loco sepulturae vox quidem recentior est, tamen a Didymi aequalibus haud aliena: cf. Dion. Hal. 1, 14; Strab. 9, 4, 2 al.

Liceat hoc monere in transcursu. Cum ad fidem optimorum ll. mss. *ἐρεισάμενοι* (Sch. Vat. *ἀποθέμενοι*) vs. 23 = 54. retinendum putarem, non cogitasse me (cum Boeckhio) de *annitendi* (anstreben) sed de *trudendi* et *proiiciendi* (von sich schleudern) significatione, ut esset *proiecto* vel potius *amisso reditu*, sensu Plautino.

Addo ex cod *a'* *glossas Triclinii* ad vs. 23 = 55: *λευκανθέα* (supra scr. (in litura) *λευκὸν θέαν*)] *λευκὸν τὴν θέαν*, inepte. — *σώματι*] *ἐκ τῆς πιμελῆς τῶν σωμάτων ἐλίπαναν, ἐποίησαν* (?).

ad 57, 3. *συνεσταλμένου*] *σ υ ν ι σ τ α μ έ ν ο υ* Med. B., recte; *συστέλλεσθαι* alienum. Nec coniungitur cum dativo, et si dativus pro *ὑπό* c. Gen. substitutus esset, ne hoc quidem aptum fuisset. nam h. l. non agitur de presso sive in angustias compulso a Periclymeno sed de congresso cum eo Amphiarao. — 4. *ὁμωνύμου τοῦ Νηλέως* Vat. B. Med. B. Rom. sqq. — *ὁμ. τῇ* N. Heynius et eum secutus Boeckhius — utrique male. Non de duplici Chloride sed de duplici Periclymeno quaeritur. Scribe *ὁ μ ώ ν υ μ ο ς τοῦ* (vel *τῷ*, quod perinde est) *Νηλέως*. Distinguitur Periclymenus Neptuni et Chloridis (Tiresiae natae) filius, quem praeter Pindarum Antimachus (Pausan. 9, 18, 6) et Euripides (Phoen. 1157 sqq.) commemoraverunt (semel tantum Apollod. 3, 6, 8, 2. 4.), a multo celebriore Periclymeno Nelei et Chloridis (Amphionis natae) filio, de quo post Homerum (λ 285) et Hesiodum (fr. 44 Göttl.) multi locuti sunt. Ille Thebanae, hic Herculeae fabulae est. Atqui philosophantibus nostratium ingeniis in unum ambo coeant: Graeci interpretis erat eorum discriminis meminisse; Chloridum nec eius intererat nec nostra interest. Denique *Χλωρὶς ἡ Νηλέως* sive *filia* est Nelei, nova est Chloris de qua nihil aliunde compertum, sive *uxor* est Nelei, etiamsi magis constaret de hac ellipsi, quis quaeso *Χλωρίδα τὴν Τειρεσίου* opposuisset *Χλωρίδι τῇ Νηλέως* eo consilio ut ad secundum casum modo *filiam* modo *uxorem* subaudiri vellet? quis sanus ita loquitur? Scribendum igitur:

Τοῦτο οὖν λέγει, ὡς τοῦ Ἀμφιαράου συνισταμένου τῷ Περικλυμένῳ, ὃς ἦν υἱὸς Ποσειδῶνος καὶ Χλωρίδος τῆς Τειρεσίου, ὁ μ ώ ν υ μ ο ς τοῦ (vel *τῷ*) *Νηλέως*.

Vs. 24 = 58. Scriptura codicis Vat. B. *σχίσαισ* (with ε written above) (ab eadem manu utrumque) me iudice non antiquam lectionis diversitatem repraesentat, sed errore librarii alicuius orta est venia non indigno. Cum enim primo aspectu notam syllabae *εν* vel literam *ε* neglegentiore ductu supra adscriptam cum geminato apice syllabae *αις* (qui constare solet duabus apostrophis) confunderet, male posuit *αισ*, tum deprehenso vitio id quod rectum erat supra scripsit, sive expuncto sive non expuncto altero. Vide infra ad Nem. XI, 48. Posteriores librarii aut utrumque religiosa diligentia iterare solent, ut h. l. Vaticani B., aut neglegentius id solum quod infra collocatum invenerunt (falsam igitur lectionem) describere, ut h. l. Augustani C. Hinc illae lacrimae. Viri docti qui artem criticam exercent non raro laudant id genus lectiones ut 'a prima manu' profectas, quae aperta vitia sunt, quo nomine tragicorum editores praecipue reprehendendi sunt. Hoc loco finitum verbum et auctoritas codicis Medicei confirmat, qui quamquam et ipse innumera sphalmata habet tamen a plurimis Vaticani codicis vitiis immunis est, et communis omnium lectio vs. 25 (*δ' ἅμα*), et eiusdem structurae verborum inter Scholia repetitio manifesta.

ad 63, 5. *ἀνταμείβων* in vs. Hom. (λ 547) Beckii errore irrepsit, quem non animadvertit Heynius. Legitur *ἀμείβων* in Vat. B. Med. B. Rom. Brub. P. Steph. Ox., ut apud Boeckh.

ad 67, 4. *ὥστε μὴ ἐμποδισθῆναι αὐτῶν τὴν ὁρμήν*. Rom. sqq. — idem omisso *μή* Beck. sqq. — *ὥστε μὴ ἐμποδισθῆναι αὐτῶν ὁρμήν* Vat. B., sed in vocula *μή* aliquid mutatum cognovi ab eadem manu, puto *οι* syllabam a librario supra scriptam, ut videatur se revocasse a scribendo *μὴ* — *ὥστε*

μή. ἐμποδισθῆναι αὐτοῦ ὀργήν Med. B., sed pro *αὐτοῦ* quod in ambiguum compendium scripturae desinit potest etiam legi *αὐτῷ*. — Hinc nihil efficitur nisi articulum *τὴν* unius Calliergi coniecturae deberi, de reliqua scriptura in incerto sum. Mediceo duce scribas *αὐτοῦ* (Jovis) *ὀργῇ* et Pindarum existimes dici ideo precari Jovem, ut ne impediantur (Siculi) eius ira; Vaticano auctore teneas *αὐτῶν* [*τὴν*] *ὁρμήν* et *μή* atque illud pro philosophorum vocabulo habeas, ut intelligi voluerit *ὁρμὴν τὴν εἰς τὰ καλά*, ita 'ne eorum (Siculorum) impediatur bonarum artium studium'. Nam haec non tam periphrasin quam universam huius loci sententiam exprimunt, ut possint ad *μοῖραν εὔνομον* et *ἀγλαΐας ἀστυνόμους* (quae sequuntur) referri. Philosophica hoc genus vocabula in scholiis satis frequentia sunt, ut *προαίρεσις* ad vs. 73, 3; 78, 1. Sin librarius *μοι* pro *μή* substituit, nescio quid voluerit, nam ut hoc inde elicias 'utinam mihi eorum (Phoenicum) impetus impediatur', maiore mutatione verborum opus erit. Nec puto eum voluisse scribere *ὥστε μόνον*, quamquam huic lectioni persimilis est ductus literarum in Vaticano, ex quo vereor ut plura extrices, quam et ego et Calliergus dispeximus ac Mediceus confirmat. Fortasse hic locus in utriusque codicis archetypo antiquo mendo laboravit. — Nota velim paulo antea verbi *πολεμεῖν* structuram Polybianam, ut *μάχομαι* cum quarto casu coniungitur a Triclinio in Schol. ad Nem. X, 135 vulg. olim a me edito.

6. *ἐπέβαλον*] *ἐπεβάλοντο* Med. B., recte, puto, cum vox activa ad inceptum significandum infinitivumque subiiciendum multo rarius quam media adhibeatur. — 8. *ὦ Ζεῦ* ante *εἰ δυνατόν* addit Med. B. — 9. sqq. *συμβαλλόμενα* Vat. B. Rom. sqq. — In Med. B. haec multo brevius *ἀναβάλλομαι. αὐτὰ Ζεῦ καὶ ὑπερτίθεμαι*, errore haplographico. — 12. *αἰτῶ δέ σε ἱκετεύων, ὦ Ζεῦ κτἑ.* Med. B.

ad 73, 3. Scholiastae verba *ἱππικώτατοι ἄνδρες καὶ νικῶντες κτἑ.* referunt textum *φίλιπποί τε... καὶ.... ἔχοντες.... ἄνδρες*. Quis audeat invehere *ἔχοντι*?

ad 78, 1. *εἶπον* [Med. B.] Boeckh. — *εἶπεν* Rom. sqq. — De Vat. B nihil enotavi.

2. *διὰ τοῦ κέρδους* Heyn. Boe. — *δίχα τοῦ κέρδους* Vat. B. Med. B. Rom. sqq. — Persistunt igitur in *δίχα* codd. Hoc adverbium sine casu apud omnes invenitur, cum casu poetarum est, et videatur fuisse Doricum, cum ter apud Pseudo-Timaeum Locrensem (3. 7. 16) cum genetivo coniungatur. Sed ut apud vetustiores Atticos (excepto Xenophonte, qui seorsum omnia habet) vix ullo loco cum casu consociatur,[8]) ita, postquam poetica et dialectica vocabula in sermonem pedestrem immigrarunt, multo saepius cum eo reperitur, ut apud aequalem Didymi Dionysium Halicarnassensem, Longinum, Philonem Judaeum, Dionem Chrysostomum, Plutarchum.[9]) Ad aetatem igitur Didymi eiusque discipulorum *δίχα* c. Gen. coniunctum vel maxime congruit, nec temere in eius locum videtur reponenda trita praepositio quae et ipsa cum secundo casu copulata non satis apta est. Atqui desideratur eodem scholii loco vocis *κρύφα* vel *ὑπόκρυφα* interpretatio, quam in *ά* glossa Triclinii, supra *ὑπόκρυφα* scripto *κρυφίως*, exhibet. Fuerit igitur illud *δίχα τοῦ κέρδους* et mutilatum et corruptum

---

8) Nam qui Thuc. 4, 61, 3 attulerunt, genetivum male intellexerunt.

9) Cf. *Dion. Hal.* 4, 11. 27. 58. 75 al. — *Longin.* 2, 2—8, 2—9, 13—15, 5. — *Philon. Jud.* de Mundi Creat. sec. Mos. (ed. Pfeiffer) 8. 46. 70. 80; legat. ad Gaium (ed. Francof. Höschel) p. 996 B—1008 D—1011 E—1023 B—1031 A. — *Dion. Chrys.* 7, 96—105—124—143. — *Plutarch.* Vit. Aem. Paul. 16. 34 al. — Adde *Clem. Rom.* I, 20 (bis). 37 (quater). 49. 50. — Eandem locutionem ut apud veteres Atticos (inclusis Aristotele et Theophrasto) me legisse non memini, ita apud Polybium, Apollodorum, Philodemum, Parthenium frustra quaesivi, ut nec inter LXX intt. legi videtur nec est in N. T. et vel apud Eccles. Scriptt. rara, sed frequens in Dissertt. Epicteti (etiam fr. 77), apud Onosandrum, Sextum Empiricum, eiusdemque et recentioris aetatis alios. Ne a Byzantinorum quidem temporibus alienam fuisse, Novellae Justiniani, Theophilus Antecessor, Eustathius (et in Commentariis Hom. et in libro de urbe Thessal. capta) aliique multi multis locis ostendunt, quos taedet exscribere. Ne haec quidem nisi paene invitus exprompsi, casu ad illam voculam delatus. Quis hodie eius generis minutias curat? quis Graeci sermonis per omnes aetates vicissitudines? Vel unus vel nemo.

ex *δίχα τοῦ φανεροῦ, κέρδει* quod ad similitudinem locutionum *ἐκ* (*ἀπὸ*) *τοῦ φανεροῦ, ἐν τῷ φανερῷ, ἐς τὸ φανερόν* recte dici potuit, vel si mavis (Philonis exemplo) *δίχα τοῦ ὀφθῆναι, κέρδει*, sed illud facilius est, cum vocum *τοῦ* et *φανεροῦ* in terminatione parilitas omissionem pararet, quae omissio traxit genetivum *κέρδους*. Jam omnia insunt quae requiras: *καὶ γὰρ αἰδὼς ὑποκλέπτεται δίχα τοῦ φανεροῦ κέρδει*, quam metaphrasin accuratam excipiunt circumlocutiones generaliores et explicationes, duae, nisi fallor, nam post *καὶ ὅτι* (ft. *ἢ καὶ ὅτι* vel *ἤ φησιν ὅτι*) altera consequitur. — 4. *φιλοκερδείας*] *φιλοκερδίας* Med. B.

ad 80, 1. *ἔν τε*] *ἐν* Med. B. — 3. *διασώζοντα*] *σώζοντα* Med. B. — Ib. om. *ἀφόβως* idem. — Scholiastam non *ἔκρινας ἂν* (= *ἀνὰ*) *κίνδυνον* sed *ἔκρινας ἂν κ.* exprimere pro certo habeo.

ad 85, 5. *δ'* om. Med. B. — Ib. *σόοι*] Vat. B. Med. B. Heyn. Boe. — *σῶοι* Rom. sqq. — Est vitium Calliergi (Hom. Є 531).

ad 89, 1. *φόνου ἐνεστηκότος* Med. B., rectius ft. quam *φ. ἐφεστ.*, ut *φόνου παρποδίου* Pindari exprimatur, de *imminenti* caede. — 2 sqq. Verba quae post *βουλεύσασθαι* sequuntur *δυνατοί, τὴν .... καὶ ἐν τῷ βουλεύσασθαι* bis scripta leguntur in Med. B., quod unum in his tribus carminibus *dittographiae* maioris exemplum invenitur, cum quadraginta amplius sint *haplographiae*; adeo facilius protenus pergunt oculi legentium, dum aberrant, quam retro respiciunt. — 5. *χειρὶ δὲ τῇ* Med. B.

ad 93, 1 sq. *καί φησιν, ἀνθῆσαι τὸ κλέος τῷ Ἕκτορι μαχομένῳ* Med. B. — 2 sq. *παρείληφε* idem. — 4. om. *καὶ* idem. — 5. *λέγεται μὲν καὶ ᾄδεται*] Rom. sqq. — *λέγεται μὴν καὶ ᾄδεται* Vat. B. — *λέγεταί γε μὴν καὶ ᾄδεται* Med. B. — Mendum Zachariae nemo correxit. — Ib. *ἀνθῆσαι* omissum in utroque, ut in Rom. sqq. — Addidit Boeckhius, praeeunte Heynio.

6. *ἀφ' οὗ*, vulgatam et codd. lectionem, in *ἐφ' ᾧ* mutavit Boeckhius. Tantum constat, ad *ἔνθα* interpretandum h. l. non recte adhiberi *ἐφ' ᾧ*, neque enim de oppido agitur in ripa fluminis sito. De *Ἀρείας πόρῳ* s. *Ῥείας πόρῳ* nihil aliunde compertum est, neque eis quae ex Med. B. infra adiicientur multum lucis caligini affulget. Sed haec Scholia consentiunt non urbis sed circa fretum Siculum litoris nomen fuisse. Debebat igitur grammaticus *ἔνθα* Pindari reddere aut per *οὗ* simplex aut enucleatius per *ἐν ᾧ δὴ τόπῳ* vel *καθ' ὃν δὴ τόπον*, si ipsum *ἔνθα* spectabat. Sed ft. ad sententiam potius respiciens *ἀνθ' οὗ* dicit, ut de duplici nomine pugnae quod poeta conciliaverit legentes admoneat. Initio saepe fit ut eadem proelia alii ab alio loco appellent. Quodsi Pindarus eo consilio addidit 'ubi Areae vadum homines vocant', non tam 'suaviter' quidem quam Disseno visum est '*Martium* fontem in bellica laude memoravit', sed ad opportunitatem rei apposite locutus est.

ad 95, 1. *παρὰ τοῦτον τὸν ποταμὸν* Med. B. — 2. *συνέστη Ἱπποκράτης* Vat. B. — *σ. ἱπποκράτ*[*ει*] Med. B. — *σ. ἱπποκράτει* Rom. sqq. — 2 sq. *ὁ δὲ Γέλων οὗτος ἕτερος, ὅς ἱππάρχει τότε Ἱπποκράτει* (in codd. terminatio *ει*, ut assolet in n. pr., non exscripta est) ut in Rom. ita in codd., qui non tuentur 'lenem medelam' qua Boe. 'foede corruptum locum sanasse' sibi videtur, ut Gelonis res concinnaret. — 3. *ἐν δὲ τούτῳ* Med. B. — Ib. verba *εἰκὸς τὸν* omissa in Med. B. — 5. *δεκάτῃ*] *ῑ* Vat. B. Med. B. — Ib. *οὐδὲ μίαν* Med. B. — 6. *περὶ* Vat. B. Rom. sqq. — *παρὰ* Med. B. — 7. *πρὸς τοὺς Συρ.* idem. — Idem ib. *Γέλωνι*; nomina propria in utroque codice saepe extremam syllabam notis ambiguis exceptam habent. — 10. In **fr. Timaei** (85 Müll.) *μεταπεμψάμενος αὐτὸν καὶ παρακαλέσας ἐπὶ τὰς πράξεις* Med. B., recte — id. (sed *περὶ*) Vat. B. Rom. sqq. — id. (sed *παρὰ*) Beck. Heyn. — id. (sed *πρὸς*) Boeckh. — 11. *ὅτι δὲ καὶ ὁ Γέλων* Vat. B. (Med. B, sed is omisso *καί*) — Zacharias, cum in Vaticano periisset extrema pars voculae *ὅτι* et vox *Γέλων* detritas literas haberet, *ὡς δὲ καὶ ὁ γέλλων* dedit; *ὡς δὲ καὶ ὁ Γέλων* Brub. sqq. — 12. *δευτέρᾳ*] *β̄* Vat. B. Med. B. — 14. *τούτους* (sic) Med. B. — Ib. inter *ἄλλως* et *ἄλλως* integrum comma excidisse in Vat. B. (Rom. sqq.) fidem facit Med. B, qui haec habet interposita:

Ἄλλως (rubro). *Ἕλωρος* (cod. *ἕλλωρος*) *χωρίον Σικελίας ἤτοι ποταμος Συρακούσαις* (nulla praepositione addita), *ἐν ᾧ πολέμου γεγονότος μεταξὺ Ἱπποκράτους τοῦ τυράννου καὶ Συρακουσίων συνεμάχησε Γέλωνι συμμάχῳ Ἱπποκράτους ὁ Χρόμιος καὶ ἠρίστευσεν. ἡ δὲ μάχη ἐν στερρῷ* (cod. *στερῷ*) *χωρίῳ, τῷ Ἕλωρι. ὁ δὲ αἰγιαλὸς καλεῖται Ἀρείας* (cod. *ἄρειος*) *Πόρος.*

Videmus hoc diserto testimonio Hippocratem tyrannum Syracusarum, Gelonem, Chromium societate contra factionem Syracusanorum hostilem coniunctos; geographica illa quomodo sive expediant sive emendent alii videant. Equidem *τὸ Ἑλώριον πεδίον* (Diod. 13, 19, 2) invenio, sed nusquam *τὸ Ἕλωρ* n. pr. Fortasse truncatum est. — Insequens comma, cuius partes inverso ordine transmutavit Boeckhius, in codd. ita scriptum legitur:

> *Ἄλλως. Ἀρείας πόρος ἐλέγετο πᾶς ὁ περὶ τὸν πορθμὸν καὶ τὸ Ῥήγιον τόπος. ἔχει δὲ ὁ ποταμὸς ἱεροὺς ἰχθύας οἳ παρὰ τῶν διαβαινόντων δέχονται τροφήν. ὁ δὲ τῆς Ἀρείας πόρος ἀνεξήγητός ἐστι. διὸ καὶ ἄδηλον, εἴτε Ἀρείας εἴτε Ῥείας λεκτέον εἴτε ὑφ' ἓν Ἀρειάσπορον· καὶ καλεῖσθαι μέχρι τοῦ νῦν Ἀρείας πόρον διὰ τὸ πλῆθος τῶν φυομένων, ἢ ἀπὸ τοῦ συμβεβηκέναι ἐκεῖσε πόλεμον· Ἄρεα δὲ οἱ ποιηταὶ* (*ὁ ποιητὴς* Med. B.) *τὸν πόλεμόν φασιν* (*φησιν* Med. B.).

Neque ordinem in his turbaverim nec *φυομένων* moverim. Recte mihi videtur continuari argumentatio grammatici. Dicit *Ἀρείας πόρον* omnem vocatam fuisse circa fretum Siculum et Rhegium regionem; tum de sacris Helori fl. piscibus qui a transeuntibus pascantur commemorat (ubi peccat Med. B. scribens *περὶ τῶν διαβάντων*, cf. Nymphodor. apud Athen. 8, 331, C et Apollodor. apud Steph. Byz. v. *Ἕλωρος*); denique quasi postliminio addit, etymon tamen illius nominis *Ἀρείας πάγος* nequaquam esse explicatum, hinc fieri ut non magis sciamus num apud poetam h. l. *ἔνθ' Ἀρείας πόρος* an *ἔνθα Ῥείας πόρος* an *ἐνθ' Ἀρειάσπορος* scribi oporteat, quam utrum significet illud *Ἀρείας*: fiat ab *ἀρετή* (*ἀρόω, ἀρείων, ἄριστος*?) propter copiam et fertilitatem soli, an ab *Ἄρης, Ἄρειος* ductum sit in proelii memoriam. In his nihil video perturbationis. Oratio quidem obliqua verborum *καὶ καλεῖσθαι κτἑ.* paulo inconcinnior est, quia opinor is qui haec excerpsit brevitati nimium studebat, sed tamen quid voluerit, nullus ambigo.

ad 102, 4. *διηνύσματα* absurda Romanae ed. lectio inde orta est, quod Zacharias compendiarium literarum ductum, qui est in Vat. B., male explicavit. Nam *διηνυσμένα* in utroque codice est, quod reposuit Böckhius.

Adde glossas Triclinii ex *α'*: vs. 43 = 102. *ἐν κονίᾳ*] *τῇ ἠπείρῳ. ἃ αὐτὸς ἐποίησεν. ἢ ἁ εἴπω* (= *ἐρῶ*) *ἐγώ.*

ad 104, 2. *ἐπιτελεσθέντων τῶν τῇ νεότητι* Med. B. (ft. *σύν* vel *ἐν τῇ νεότητι* scribas). — 4. *ἡμέρα μία*] *ἡ μία ἡμέρα* Med. B., qui hic alia quoque nonnulla vitiosa habet (ut 12. *φησὶ* pro *φῶς*) quae referre vix attinet. 12. *γένωνται συν* (s. acc.) *δίκη* Med. B. — 13. Idem *ἐκ τοῦ ἐναντίου τᾷ Ὁμήρῳ*, quod scribas *τῷ Ὁμήρου*. [Tricl. *ἐναντίον τοῦτο πρὸς τὸ τοῦ Ὁμήρου.*]

ad 109, 1 sqq. *ἤτοι ἐν τῷ πλουτεῖν ἐὰν δοξασθήσεται* (sic) *τις καλὰ εἰργασμένος, οὐκ ἔστιν ὑποθέσθαι ταύτην τὴν μακαριότητα, ὅταν συνεισέλθῃ δόξα πλούτῳ.* Med. B. In quo *ὑποθέσθαι* quidem tolerabilius videri possit, si accipias de oppigneranda felicitate pro incerto novi periculi exitu, sed longe praestare *ὑπερθέσθαι* et quod sequitur (5) *ἀνυπέρβλητος* ostendit et usu Polybiano edocemur; cf. 22, 3, 16 (p. 924, 15 Bekk.) *τὴν τοῦ πατρὸς προαίρεσιν οὐχ οἷός τ' ἦν ὑπερθέσθαι* i. e. *superare.* — 4. *περισκοπεῖν*] *σκοπεῖν* Med. B. — 5. *ἑαυτοῦ* Med. B. — *αὐτοῦ* Rom. sqq. — *αὑτοῦ* Boeckh. — De Vat. B. n. n. — 6. *δὲ ὢν* Vat. B. Med. B. Rom. sqq. — *δ' ἐὼν* Boeckh.

Vs. 47 vulgatae lectioni *οὐκέτ' ἔστι πόρσω* nullam fidem adiungendam esse nisi quae nitatur Demetrii Triclinii et Zachariae Calliergi Graeculorum auctoritate, in ed. mea ostendi. Cum enim ille ei quam mutilatam esse videbat scripturae (Medicei B) *οὐκ ἐστι πρόσω* de suo addidisset *ἔτ'*, Zacha-

rias, qui Triclinianam emendationem in ed. Aldina repraesentatam habebat, ope codicis Vaticani quo utebatur, non sine aliquo acumine *πόρσω* pro *πρόσω* substituens Demetrium correxit. — Quid scribendum sit dubium quidem, attamen cum priorum tentamentorum nullum perplaceat, mea non premam. Incidi primum in *οὐκ ἔστιν πρόσω θνατὸν τὸν ἔτι σκοπιᾶς*, memor illius Pindari consuetudinis, qua saepius praecedente *εἰ* in apodosi *οὗτος*, *κεῖνος*, *νιν* cett. habeat, ut hoc ad protasin referatur. Quod quamvis a facilitate corruptionis commendetur, tamen abieci, quia haec pronomina quae ad protasin respiciunt tum demum a poeta addi intellexi, cum longior illa atque implicatior esset. Quaesivi igitur glossâ nodum huius erroris exsolvere, cum Paraphrastae interpretamentum *περαιτέρω* ad sententiam huius loci valde congruere, ipsum *πρόσω* cum ea etsi non male tamen minus bene convenire viderem. Quid si hoc *πρόσω*, a glossatore parum curioso profectum vel ex supra adscripto simili loco Nem. III, 20 (*οὐκέτι πρόσω . . . . περᾶν*) ortum, rariorem vocem ut *περῶντα*, *περαῖον*, *πέραν τοῦ* (i. e. Attice *πέρα τούτου*; cf. Nem. VII, 75 *εἴ τι πέραν ἀερθεὶς ἀνέκραγον*, *οὐ τραχύς εἰμι καταθέμεν* et Isthm. V, 23.) possessione exturbavit? Sin autem Pindarus scripsit

εἰ γὰρ ἅμα κτεάνοις πολλοῖς ἐπίδοξον ἄρηται
κῦδος, οὐκ ἔστιν πέραν τοῦ θνατὸν ἔτι σκοπιᾶς ἄλλας ἐφάψασθαι ποδοῖν.

satis concinna est Scholiastae circumlocutio: *ὁ γὰρ ἅμα πλήθει περιουσίας καὶ δόξαν εὐκλεῆ καρπωσάμενος οὐκέτι περαιτέρω θνητὸς ὢν ὀφείλει [περι]σκοπεῖν οὐδὲ ἄλλης εὐτυχίας ὁδοὺς ἐπιζητεῖν τοῖς ἑαυτοῦ ποσίν.* Tantum constat, geminatum illud *ἔτι* ut a recentissimis grammaticis fabricatum nullius pretii esse.

ad 114, 3. *ὅμοιον τῷ*] *ὅμοιον τὸ* Med. B. — 4. *ἡ δὲ νικηφορία οὐ φιλεῖ ἡσυχίαν ἀλλ' ὕμνους.* Med. B., recte. — Apparet hunc alterum Scholiastam (Paraphrasten?) *ἡσυχίαν* legisse, priorem vero *ἡσυχία*; quod in ed. mea dicere neglexi.

ad 117, 4. *εἰς αὐτὸν γινέσθωσαν καὶ ὕμνοι*: Med. B. (om. *φωναὶ*).

ad 119, 1. Ante *τοίνυν* nihil nec in Vat. nec in Med. legitur, quam recentioris Graecitatis (Sexti Empir. al.) collocationem particulae vereor ut iure amoveris. — 3. Post *σπονδῆς* lacunam indicare neglexit Zacharias, quae in Vat. B. avulso angulo chartae exorta est. Eam explet Med. B. addita voce *ἵσταται*; repetit igitur Sch. id quod modo dixerat *τὸν κρατῆρα τὸν ἱστάμενον ἐπὶ τῇ νίκῃ.* Praesens tempus convenit cum praesenti, nam in eodem (2) *δέ φησι*, non *δὲ ἔφη* legitur. Scribatur igitur ad fidem Medicei libri:

προηγητὴν δέ φησι τοῦ ὕμνου τὸν κρατῆρα, ἐπειδὴ τῇ νίκῃ ἅμα κρατὴρ τῆς σπονδῆς ἵσταται.
εἶθ' οὕτως (i. e. *ἱσταμένου τοῦ κρατῆρος*) *ὁ ὕμνος ᾔδετο.*

Ubi nota *ἅμα* dativo postpositum, quod et ipsum ex usu recentiorum est.

5. *κωμάζομεν οὖν αὐτὸν καὶ ὑμνοῦμεν* Med. B., male.

ad 121, 1 sqq. Easdem fere lacunas Romana ed. exhibet cum Vat. B., nisi quod codex Ms. non bis sed semel tantummodo habet *καὶ δι[ὰ]* (2) quodque paulo plus chartae et literarum nunc periit quam defuisse videtur tempore Calliergi. Explentur facile ex Med. B., ita:

μετὰ τὸ κερασθῆναι τὸν προφήτην (Vat. *τὸν κρατῆρα*), *φησί, ἀποβαπτιζέτω τις τὰς φιάλας καὶ διανεμέτω τοῖς κατακει | μένοις. ποίας δὲ φιάλας; ἃς ἔλαβεν ὁ Χρόμιος νικήσας ἔνθεν. ἐν γὰρ τοῖς κατὰ Σι | κυῶνα Πυθίοις ἀργυραῖ φιάλαι ἔπαθλα. βιατὰν δὲ ἀμπέλου παῖδα τὸν οἶνόν φησι | κτέ.*

1. *κερ . . . . τὸν κρατῆρα* Vat. B., quam lacunam Zacharias ipse supplere ausus est ita *μετὰ τὸ κεραννύναι τὸν κρ.* — 2. *καί* ante *ἀποβ.* de suo videtur addidisse Calliergus, id nec est in Med. libro, nec fuisse certum est in Vaticano, ubi nunc saltem non exstat. — 2. lacunae in Vat. B. nunc hae sunt *ἀποβαπτι . . . . φιάλας, καὶ δί . . . . κατακειμένοις . . . . φιάλας, ἃς*

ἔλαβεν . . Χρόμιος — 4. Vat. B. *βιατ . . . . . ἀμπέλου . . . . . τὸν* ubi iam Beckius *παῖδα* inserens lacunam explevit; de spatio inter *ἀμπέλου* et *τὸν* mihi non constat: si est in Vat., Zach. significare oblitus est. 5. *βίᾳ*] *βίαν* Med. B., male.

Supplementa huius scholii iam a. 1865 a me edita sunt in libello (p. 25) quem Hanoviensium gratia conscripseram de scholiis Triclinianis ad Nemea et Isthmia. 8. mai. — De eorundem origine et ingenio paulo post eodem anno (1865) in Epimetro scriptionis scholasticae Francofurtensis commentatus sum; denique duobus annis post (1867) eadem occasione oblata quae post edita ab Ernesto Schneidero (1844) restabant eius generis scholia edidimus. Quae etsi nihil admodum ad ipsum poetam emendandum conferunt, tamen ad historiam et textus Pindarici et commentariorum perspiciendam non nullius pretii esse periti intelligent. Demetrii enim partes cum in aliis poetis emendandis gravissimas fuisse ne tirones quidem ignorant, tum in Pindaro maxime conspicuas esse et semper constitit et quanto latius hoc pateat post meam editionem neminem nisi invidia aut arrogantia obcaecatum fugiet qui vel obiter percurrerit. Quare, quid de quoque loco Triclinius statuerit, quem veterum intellectum probaverit, eis cognitu dignum videbitur, qui nostrae artis et Pindaricae emendationis atque interpretationis difficultatem experti sunt. Possumus praeterea defendi aliorum exemplo, ut Calliergi qui eadem ad Olympia, E. Schneideri qui eorundem partem ad Pythia, Bekkeri qui similem Paraphrasin Iliadis (me iudice utilissimam) vulgavit. Aut omnes peccavimus, aut omnes laudem meruimus. Cur *Thomano*-Tricliniana appellarem et in Epimetro secundae scriptionis (p. 28 sq.) breviter dictum est et fusius iam a. 1860 in Praefatione Scholiorum Germani (p. XVII sqq.) exposueram, ubi Recentia quae feruntur ad Olympia Scholia ex fide optimorum librorum ita digessimus, ut suis quaeque auctoribus tribuerentur. Mireris igitur exstitisse nuper, qui haec aut non intellexisse aut non curasse viderentur. Sed haec in transcursu.

ad 123. Hoc scholion non Clisthenem quidem Sicyonium neque alios reges atque tetrarchas loquitur sed satis perspicue agit de ipsa re quam poeta tractat, modo ne acquiescamus in vitiis quibusdam editionis principis, quae utrum unius Zachariae sint, qui ex evanidis ac detritis in Vat. B. literis sensum invenire nequibat an eidem quoque codici inhaeserint, dubium est. Mihi vero olim eum comparanti eadem quae in Romana legi videbantur. Tu scribe cum Med. B.:

> 6 sqq. *ἢ ὅτι δικαίως καὶ ἄνευ δωροδοκίας ἐστέφθη· ἱστορεῖται δὲ τὰ ἐν Φωκίδι* (sc. *Πύθια*) *χρήμασιν ἀνύεσθαι. διὸ καὶ πρόσκειται ἐνταῦθα τὰ ἐν Σικυῶνι. οἰκείως δὲ ἱερὰν τὴν Σικυῶνα προσηγόρευον. ἡ γὰρ Μηκώνη ἐπ' αὐτοῖς ἐστιν, ἐφ' ἧς οἱ θεοὶ διεδάσαντο τὰς τιμάς.*

De extremis verbis dubitare licet, utra lectio potior sit, nam in Rom. *προσηγόρευσεν* (poeta) legimus et *ἐπ' αὐτῆς* (i. e. nisi fallor '*de* Sicyone nomen usurpatur'), sed *χρήμασιν* illud totum locum optime explanat. Dicit grammaticus Pindarum haec de sancta Sicyone addidisse, quoniam in Phocensium Pythiis numarium iudicium fuisse credatur. Locus igitur qui Boeckhio 'plane perditus' videbatur, iam servatus et sanus est.

10 sq. in vs. *Hesiodi* (Theog. 536) de Mycone nihil variant codd.

13. in fr. *Callimachi* (195) de vitio *ἕδρα. ὃν* omnes conspirant; correxit Bentleius: *ἕδρανον.* Praeterea (3 sq.) *ἐπεπόμφει* in utroque codice; *ἐπεπόμφη* Romanae vitium est.

ad 127, 1 sqq. Avulsi anguli et margines huius plagulae (fol. 237, si recte enotavi) lacunas in Vat. B effecerunt quas Romana ed. exhibet. Enotata haec habeo ex libro Vaticano:

> *. . . . . ' τερ. εὔχομαι . . . . μαι δὴ οὖν πάτερ ζεῦ . . . ταύτην αὐτοῦ τὴν . . . ρετὴν ὑμνῆσαι ἐπι . . . ἴτως ἐπὶ πολλῶν τὲ . . . . τὴν νίκην . . . . ῀.σαι τοῖς λό . . . . ' μπων μου . . . . ἐγγὺς τοῦ σκοποῦ . οἱονεὶ ἐπαξίως αὐτὸν ὑμνῆσαι.*

quae maximam partem refert ed. Romana:

Ζεῦ πάτερ εὔχομαι ταύταν ἀρετάν . εὔχομαι δὴ οὖν ὦ ζεῦ πάτερ ταύτην αὐτοῦ τὴν ἀρετὴν ὑμνῆσαι ἐπι τως ἐπὶ πολλῶν τε καὶ τὴν νίκην ἔνδοξον ποιῆσαι τοῖς λόγοις πέμπων μου τὴν μοῦσαν ἐγγὺς τοῦ σκοποῦ . οἱονεὶ, ἐπαξίως αὐτὸν ὑμνῆσαι.

Eadem resarta ex Med. B. (iam edita a me ll. p. 25) sic scribuntur:

Ζεῦ πάτερ, εὔχομαι] εὔχομαι δὴ οὖν, πάτερ Ζεῦ, καὶ ταύτην αὐτοῦ τὴν ἀρετὴν ὑμνῆσαι ἐπιχαρίτως, ἐπὶ πολλῶν τε καὶ ἄλλων την νίκην αὐτοῦ ὑμνῆσαι τοῖς λόγοις, προπέμπων μου τὴν μοῦσαν ἐγγὺς τοῦ σκοποῦ· οἱονεὶ ἐπαξίως αὐτὸν ὑμνῆσαι.

Beckius igitur cum *ἐπιχαριέντως* et *ἄλλων* lacunis explendis adderet, paene verum tetigit, cum *λόγοις τοῖς ἐμοῖς, πέμπων,* non item. Etenim *χαριέντως* frequens, *ἐπιχαρίτως* rarum, *ἐπιχαριέντως* nullum est. Calliergus num de suo dederit *ἔνδοξον ποιῆσαι,* redditurus *τιμαλφεῖν* Pindari, an ex laciniis Vat. B tunc paullo integrioribus collegerit, nunc non potest diiudicari, sed prius veri similius est. Sin rectum est quod Med. B. scribit *αὐτοῦ,* huic interpreti veteri *ὑπὲρ πολλῶν* poetae non est ‘praestantius quam alii multi’ sed ‘propter multa’ i. e. ‘multis aliis occasionibus oblatis’, ut Isthm. V, 29 *Λαομεδοντιᾶν ὑπὲρ ἀμπλακιᾶν* (eruta e Scholiis lectio beati Kayseri sagacitate, quam in ed. meam maiorem transferre olim casu oblitus sum) et Nem. VII, 42 *μάχα ὑπὲρ κρεῶν,* idemque licet voluerint (etsi non est necesse) qui *ὑπὲρ πολλῶν* (s. *πολλᾶν*) *νικᾶν* coniungebant. Equidem erravisse nostrates existimo qui de praestantia Pindari acceperunt, quam h. l. commemorare nihil refert, cum occasionum multarum mentio ad sententiam accommodatissime fiat.

5. 8. *ταῖς μουσικαῖς* utroque loco in utroque codice ut in Rom. sqq.

7. Fortasse cum Med. B. scribendum est *ἀκοντίζων* (cod. *ἀκοντίζω*) *δὲ ἐγγὺς τοῦ σκοποῦ τῇ μουσικῇ* (ubi *τὴν μουσικὴν* est in Vat. B. Rom. sqq.), *ἤτοι διϊκνούμενος ταῖς μουσικαῖς.* Erunt fortasse qui ex hoc loco et ex praecedentibus verbis *προσβάλλων ταῖς μουσικαῖς τὴν νίκην καὶ συναρμόζων αὐτήν, τοῖς ὕμνοις βάλλων τὴν νίκην* non solum concludant (quod verum est) *νίκαν* ab his cum *ἀκοντίζων* fuisse coniunctum, sed etiam *Μοίσαις,* non *Μοισᾶν,* ante oculos habuisse. Quo concesso duplex lectio, duplex distinctio, triplex minimum interpretatio huius loci apud Veteres fuit. Alteros *νίκαν* alteros *νικᾶν* scripsisse ipse Sch. testis est, attamen de *πολλᾶν* pro *πολλῶν* scribendo nihil addit. *Μοῖσαν* quidem legisse aliquos constare videtur, sed *μοισᾶν* parum diserte in scholiis testatum, fuerint potius qui *μοίσαις* legerent. His admissis has puta huius loci Veterum fuisse explicationes:

1. Sicut *νίκαν* ad *τιμαλφεῖν λόγοις* pertinet, ita *μοῖσαν* (carmen) ex *ἀκοντίζων* pendet, ut hoc idem sit cum *προπέμπων* i. e. carmen mittens tamquam hastam, exemplo Homerico *δοῦρα ἀκοντίζειν.*
2. Ad *τιμαλφεῖν λόγοις* subauditur *αὐτόν, νίκαν* cum *ἀκοντίζων* iungitur ad usum Herodoti et Atticorum (ferire aliquem), legitur *μοίσαις* habeturque pro casu instrumentali: victoriam feriens proxime scopum carminibus. [admisso *Μοισᾶν,* ita: victoriam feriens proxime scopum Musarum]. In quo molesta est objectae rei ambigua duplicatio.
3. Legitur *ὑπὲρ πολλᾶν* (*πολλῶν*) . . . *νικᾶν,* ut hoc sit aut ‘supra multas (s. multorum) victorias’ aut ‘propter multas victorias’ et subaudiatur *αὐτόν.* Quae lectio et cum *μοῖσαν* (vide 1) et cum *μοίσαις* atque *Μοισᾶν* (iaculans proxime scopum carminibus — iaculans proxime scopum Musarum) consentit.

Ceterum Triclinio (cuius scholion vide ll. p. 25) poeta haec vota eo consilio addidisse videbatur, ut in Delphicis Pythiis victoriam Chromio auguraretur.

Ad Nem. X.

ad Metrica, 2. *ὑπερκατάληκτον* Beck. Heyn. Boeckh. — *καταληκτικὸν* Vat. B. Med. B. Rom. sqq. 3. *λείπων μιᾷ ἐν ἀρχῇ, ἢ περίοδος.* Beck. sqq. — *λείπων μιᾷ. ἢ περίοδος ἐν ἀρχῇ.* Rom. sqq. — *λείπων ἐν μιᾷ. ἢ περίοδος ἐν ἀρχῇ* Vat. B. Med. B. — 4. *διὰ τὰς ἀποδόσεις* Med. B. — 7. *ἐδαισάμην* Vat. B. Med. B. Boeckh. — *ἐδασάμην* Rom. sqq. (non recte interpretatus est Zach. ductum literarum *αι* in Vat. B. paulo insolentiorem). — 11. *ἀκατάληκτον* Beck. sqq. — *καταληκτικὸν* [Vat. B.] Med. B. Rom. sqq. — Non animadvertit Boeckhius illud *ἀκατάληκτον* Beckio deberi. — 13. Vaticani B. fol. 237 cum sic desiisset *ἥμισυ ἀκροτελευτίου*[10]), reliqua initio fol. 238 scripta sunt, ubi duos versus primos explent, quos oculis transiit Zacharias. Eadem in Med. B. leguntur (sed post ingressum Scholiorum inserta, ut fit in hoc codice). Scribe:

τὸ ι, ἄτακτον ἰαμβικὸν ἑφθημιμερές, διὰ τὸν δεύτερον σπονδεῖον.
τὸ ια΄, ἰωνικὸν δίμετρον βραχυκατάληκτον, τῆς α΄ μακρᾶς λελυμένης.
τὸ ιβ΄, Εὐριπίδειον.

Quae in horum locum ab editore Brubachianae asteriscis additis substituta erant, uncinis inclusa Beck. et Heyn. iterarunt, P. Steph. Oxon. Boeckh. iure omiserunt.

ad Praef., 1. *ὁ ἀγών. ἱερὸς ἑκατόμβοιος* Med. B. — 3. *ἐβασίλευεν* Med. B. Saepe in hoc cod. imperfectum legitur, ubi in Vat. B. aoristus.

ad 1, 2. *τετάχθαι*) *συντετάχθαι* Med. B. — Ib. *παρὰ δὲ τῶν Ὀλυμπίων εὔχεσθαι* Med. B. — 3. Omnes de *τῶν γε μὰν ἔραται* consentiunt. — 5. *χρυσηλάκατον μελιᾶν* Vat. B. Med. B. (nisi quod hic vitiose *χρυσήλατον*) — 6. Tredecim verba (*τὰς πεντήκοντα αὐτοῦ . . . . πόλιν καὶ*) haplographice omissa sunt in Med. B. — 9. *ἔστι δὲ παρὰ τὸ Ὁμηρικόν,* Med. B. — *εὖ δὲ π. τ. ὁ.* Rom. — *εὖ δὲ π. τ. ὁ.* Brub. sqq. — De Vat. B. nihil adscripsi, sed lapsum esse Zachariam suspicor. — 10. *τρεῖς μὲν* (in vs. Hom. *Δ* 51) [Vat. B.] Med. B. Rom. sqq. Boeckh. — *μὲν τρεῖς* Beck. Heyn.

13 sqq. **Fragmentum Callimachi** (108), quod in ed. Rom. sic traditum erat:

Ταὶ μὲν, ἀρισκύδης εὖνις ἀνῆκε διὸς ἄργος ἔθειν, ἴδιόν περ ἐὸν λάχος.
ἀλλὰ γενέθλη ζηνός, ὅπως σκοτίη τρηχὺς ἄεθλος ἔοι.

cum Andreas Dacierus ita emendasset

Τοῖς μὲν ἀρισκυδὴς εὖνις ἀνῆκε Διός
Ἄργος ἔχειν, ἴδιόν περ ἐὸν λάχος· ἀλλὰ γενέθλη
Ζηνὸς ὅπως σκοτίῃ τρηχὺς ἄεθλος ἔοι.

et Bentleius cum reliquis Callimachiis (non excluso novissimo nisi quod is *τῇ* pro *τοῖς* invexit) et Scholiorum Pindaricorum vulgatores secuti sunt, sive laudato Dacierii sive non laudato acumine praeclaro. Quod fortasse minus confidenter arripuissent, si quomodo de Romana ed. res se haberet cognitum habuissent. Quamquam vel sic admiror non dubitasse eos tritissimum illud *ἔχειν* reponere pro *ἔθειν*, quod cum antiquissima et rarissima vox Homerica esset, quis poterat sibi persuadere a Callimacho huiusmodi vocabulorum et existimatore et scrutatore doctissimo recte expelli? — Legitur

10) *ἀκροτελεύτου* vocem nihili Zacharias commentus est, cum decurtatam scriptionem codicis Vat. B. *ἀκροτελεῦ* male interpretaretur. In Med. B. est *ἀκροτελευτίδ*.

autem in Vat. B. τ.̀. μὲν et clare ἔθειν, in Med. B. τὸν μέν et ἔσθειν (ft. ex. ἔθειν in ἔσθειν transcriptum, sed mihi videbatur esse ἔσθειν); reliqua in utroque ut in Rom. (excepto vitio manifesto Medicei libri εὔνης pro εὖνις). Litera vel potius literae duae quae post τ in Vaticano sequntur, ambiguae quidem (charta detrita est) et, quamvis constet de accentu gravi et secundam literam aut ο (ω) aut α fuisse (tertia periit), potest ea vocula aliter ab aliis legi: τὼ, τοὺς, τὰς, ταὶ, τὰν, sed fuit sine dubio idem quod in Mediceo est τὸν; Zachariae igitur tantummodo coniectura nititur illud ταὶ quod est in Romana. Scribe:

Τὸν μὲν ἀρισκυδὴς εὖνις ἀνῆκε Διός
Ἄργος ἔθειν, ἴδιόν περ ἐὸν λάχος· ἀλλὰ γενέθλη
Ζηνὸς ὅπως σκοτίη τρηχὺς ἄεθλος ἔοι.

Homericum ἔθων (*I* 540) et ἔθοντες (*Π* 260) alii fuerunt qui φθείρων, βλάπτων, ἐρεθίζων explicarent, alii qui ἐξ ἔθους (συνεχῶς, εἰθισμένως) ἐπιφοιτῶν (ἐξ ἔθους κατατρέχων, ἐξ ἔθους παραγενόμενος) interpretarentur, alii denique (et videntur hi recentiores fuisse, ut Eustathius) qui *nocendi, vexandi, infestandi* notionem missam facientes ad solam consuetudinem referrent (εἰθισμένος τοῖς τόποις διατρίβειν, ἐξ ἔθους πράττων, ἐξ ἔθους τι διαπράττων vel. διαπραττόμενος.[11]) Ad priores doctum Callichum inclinasse et hac mente Infinitivum ἔθειν usurpasse quid mirum? An quod ibidem posuit ἀρισκυδής minus insolitum est? Dicit igitur poeta: '*Hunc* quidem iracunda Jovis consors misit (vel immisit) ut Argos *vastaret* (vexaret, identidem visitaret), quamvis sua portio esset, sed ut nothae Jovis soboli (Herculi) asperum foret certamen.' Loqui autem videtur non de leone Nemeaeo nec de Hydra Lernaea sed de *apro Erymanthio,* qui fines Arcadios transgressus Argivam terram invaserit, convertit igitur in suum usum Homerica illa (*I* 538 sqq.)

ἡ δὲ χολωσαμένη, δῖον γένος, Ἰοχέαιρα
ὦρσεν ἔπι χλούνην σῦν ἄγριον ἀργιόδοντα,
ὃς κακὰ πόλλ' ἔρδεσκεν ἔθων Οἰνῆος ἀλωήν.

ubi vir eruditus ἔθων, sive ἐπιφοιτῶν (Anglorum '*to haunt*') sive βλάπτων esse voluit, cum Accusativo (loci) Οἰνῆος ἀλωήν coniunxit. Eustathius qui l. l. multus est in hac voce explicanda, utilia et inutilia miscens, id tamen ex veteribus interpretibus deprompsisse videtur, alios Οἰνῆος ἀλωήν ad ἔρδεσκεν, alios vero (inter quos Callimachum fuisse apparet) ad ἔθων retulisse.[12])

Quae boni Zachariae mentis nescio an oculorum dicam hebetudo infelicissima quantum pulverem excitaverit narrare longum est. Fuerunt enim qui (cf. Od. Müller Dor. I, 81) cum Dacierio locum ad Heraclidas referrent, qui Argos expugnassent a Junone iussi, singulari reginae deorum malitia, ut vel aerumnas gravissimas subirent *vincentes,* vel ipsi Argivi (!) vexarentur. Illud perinde fuisset ac si quis cui Mercurius argenti aulam vel Dea Lucina filium dedisset, pravo consilio ut vel illa custodienda angeretur vel hunc post sexaginta annos mortuum lugeret. Novissimus grammaticorum

---

11) Vide Scholia Homer. ll. ll.; Apollon. Soph. Lex. p. 63, 16 sqq.; Eustathium (p. 773, 25 sqq. = I, 292, 26 sqq. ed. Lips.) cum annot. Spitzneri ad *Π* 260; — praeterea *Hesychium* cum v. ἔθει et ἔθων (ἐθῶν) tum maxime v. ἔθειν (ἐθεῖν) ubi testatur *Infinitivum,* quem explicat (si vera lectio est) ἐξ ἔθους ἔρχεσθαι; denique *Etymol. M.* p. 306, 46 sqq.; 318, 45—49. 51 sq.; 319, 6—12. 17; *Etymol. Gudian.* p. 62, 41 sqq.; 161, 15; 174, 47—54; 197, 55 sqq., ubi etiam ἔθω, ἔσω (fut.), εἶκα (perf.), εἶθα (perf. sec.) commemorantur et ut ἔθειραν inde ducant, traducitur ἔθω ad notionem ἐξ ἔθους ἐπιμελοῦμαι.

12) Hoc etiam Etym. M. (318, 46 sqq.; cf. Gud. 174, 52) facit: (ἀπὸ τοῦ ἔθω τὸ ἐξ ἔθους διαπράττομαι.) ἐξ οὗ καὶ τὸ «ἔθων Οἰνῆος ἀλωήν» Ἰλιάδος ι, ἀντὶ τοῦ, ἐξ ἔθους κατατρέχων καὶ βλάπτων κοινῶς τὴν καρποφόρον χώραν τοῦ Οἰνέως. — Paraphrast. Hom. ambigue reddit, ut utrisque placeat, idque per κατεσθίων (cf. Eustath. ll. ll.); altero loco per συνήθεις.

equitum τῇ vel ταῖς invehens pro ταί, verba Callimachi ad Danai prolem spectare existimat. Mihi vero nihil his esse negotii cum Danaidibus videtur, nisi quod admonent quam pertusum in dolium sua ingerere consueverint nostrae memoriae philologi. Tantum de accentu constat, nec τῇ nec ταῖς nec τοῖς nec τῶν olim fuisse in libro Vaticano quo Zacharias usus est eumque multo fidelius suo officio functum esse quam qui postea eundem locum suae eruditionis malleo edolarunt. Parturiunt montes, nascetur ridiculus —sus.

16. *λάμπεται*] *λαμπρύνεται* Med. B., recte puto.

ad 6, 3. *πολλά*] *παλαιά* Med. B., rectissime. (Vat. B. in hoc scholio non contuli; ft. absurdum illud *πολλά* unius Calliergi vitium est, cui somnus obrepserat). — Ib. *ἀπὸ πολλοῦ μήκους χρόνου* Med. B. — 5. *μακρὰ ἂν τοίνυν εἴη λέγειν* idem. — 7. *λέγειν*] *μέγα* idem. Scribe *δοκῶν παραιτεῖσθαι τὸ μέγα λέγειν καθ' ἕκαστα [τὰ] τῶν Ἀργείων ἀνδραγαθήματα*. Et *μέγα λέγειν* et *μεγάλα λέγειν* (i. e. *μεγαλαυχεῖν, μεγαληγορεῖν*) frequens est; cf. Platon. Phaed. 95 A; Hipp. Mai. 295 A; Soph. 238 A al. et Lexx. — Ib. *λεληθότως δὲ καταριθμεῖται αὐτά* et 8. non *διὰ κάλλους* sed *περὶ κάλλους* idem, utrumque non minus recte. — 10. *ἄϊλος κυνήν* (sic) idem. — Ib. *εἴη δ' ἂν ἡ ἀορασία*] *εἴη δὲ ἡ ἀορασία* idem. Recte abest *ἄν*, est oratio obliqua. — 12. *Γοργόνας διαδούσαις* (sic omissis verbis *καὶ ἰδὼν*) idem. — 13. *ἐγχείρημα*] *ἐπιχείρημα* idem. — 14. om. *τὴν* idem. — 15. *ὅπως ἂν ἐν τῇ παραθέσει τοῦ κάλλους εἴη διάκρισις* (omisso *ἡ*) idem, recte, puto.

ad 8, 1 sq. *πολλὰς* (?) *δ' ἂν εἴη λέγειν, αἵπερ* (cod. *ὅπερ*) *ἐν τῇ Αἰγύπτῳ κατῳκίσθησαν πόλεις ὑπὸ τῶν Ἐπάφου* (sine *τοῦ*) *χειρῶν*. Id voluisse videtur Med. B., sed non possum nisi dubitanter de hac lectione profiteri, cum ex notis meis non prorsus eluceat, utrum sit in codice *πολλὰς* an *πολλὰ*; deinde *ὅπερ* quod ille habet vitio aut pro *ὅπως* aut pro *αἵπερ* scribi potuit. Sin fuit in archetypo Medicei libri *αἵπερ*, non parvum adminiculum est, quo ingenium Böckhii sustineatur, qui secundis curis *τὰ* reposuit. Quo accepto pro *κατῴκισθεν* quod traditum est ne hodie quidem quidquam aptius et ad omissionem voculae *τὰ* permutationemque explicandam facilius video quam quod olim scripsi *κατέκτιθεν*, nec repugnat opinor quod *κατακτίζειν* alibi non invenitur nisi sero (apud Eusebium), cum saepe fiat ut poeticae et rarae voces aetate recentiorum resurgant. — Rom. *πολλὰ δ' ἂν εἴη λέγειν, ὅπως* et *τοῦ Ἐπάφου*. De Vat. B. nihil adscripsi sed videtur idem habere cum Romana. — 3 sq. *ἐβασίλευεν* Med. B.

ad 10, 1. 2. 5. Nomen Hypermestrae vel Hypermnestrae sine n̄ in Vat. B., cum n̄ in Med. B. scriptum est. — 5. *μόνη ὑπερμήστρα* (om. *ἡ*) Med. B. — Ib. *ἁγνὴν παρθένον* (omisso *καὶ*) Med. B.

Adde *ά* habere *παρεπλάχθη* (haud dubie sic etiam *δ'*) scripturam Triclinii, qui in *ά* textui *κολεῷ* adiicit glossam *ἀντὶ μιᾶς*, sed in sua paraphrasi habet *ἐντὸς τοῦ κουλεοῦ*; cf. l. l. p. 26.

ad 12, 2. *περὶ*] *παρὰ* Med. B. — 2 sq. *καὶ ἴβυκος οὕτω. τὴν* Vat. B. Rom. sqq. — *καὶ ἴβυκος οὕτως . καὶ τὴν* Med. B. — Maiorem lacunam significavit Boeckhius. Fragmenti Ibyci verba in utroque codice desiderantur. — 4. om. *γὰρ* Med. B. — 6. *οὐχὶ καὶ* (om. *δὲ*) Med. B. — 8. *ἥρως οὗτος* Med. B. — 9. *Ἀμφιάρηον* Med. B.

12 sq. In **fragmento Meleagri Euripidis** (541 Df.) coniecturam Salmasii *πυρσαῖς* (pro *Περσεὺς*) quam ille ad aram Dosiad. sec. p. 157 proposuerat quamque probaverunt Heathius, Dindorfius, Nauckius, egregie confirmant codices nostri. Legitur in utroque *πυρσαῖς*, quod cum in Vat. B. paulo obtusiore stilo exaratum esset (quamquam cuivis diligenter inspicienti minime ambiguum est), Zachariae fraudem fecit, ut ineptum illud *Περσεὺς* inveheret, cui cum Hugo Grotius *Τυδεὺς* supponeret, plurimis Euripidis editoribus persuasit. Iam omnis de hac lectione controversia composita est. — Restat dubitatio de priore versiculo, ubi *ἀνδροβρώτους* in utroque codice legitur id quod Calliergus (dormitabat scilicet)

ἀνδροβώτους edidit. Musgr. (cum plurimis editoribus) *ἀνδροβρῶτας*, vocem Euripideam, reposuit; Valck. (Diatr. p. 142) *ἀνδροβρῶτος*; Barnesius (quod. codd. nostri praebent) *ἀνδροβρώτους*, nec spernenda ea forma, cui similes aliae, ut *ἄβρωτος* = *νῆστις* apud Sophoclem (fr. 796 Df. = 879 N.). — Denique ibidem pro *ἀφίξεται* ed. Romanae (et Vat. B. puto, nam nihil inde enotatum habeo) *ἑλίξεται* in Med. B. comparet, quod cum merum vitium esse nequeat, pro Homerico *ἑλίξεται* (*P* 728 i. e. *se convertit*, de apro quem canes persequuntur) habeo idemque apud poetam reconditiorum amantissimum iure praeferendum censeo. Scribe igitur:

εἰς ἀνδροβρώτους ἡδονὰς ἑλίξεται
κάρηνα πυρσαῖς γένυσι Μελανίππου σπάσας.

i. e. 'Convertet se (Tydeus) ad humanarum carnium cupidinem, caput Melanippi maxillis flavescentibus dilacerans'. Agitur de Tydei notissima immanitate, qui caput Melanippi (quem interfecerat) ipse semimortuus comedisse dicitur. Sed de sanguinolentis genis non audeo cogitare, quamquam H. Weil V. Cl. Aeschyli verba *πυρσὴν γενειάδα ἔτεγγε* (Pers. 316) sic voluit interpretari. Vetamur aliis locis, ut simillimo vs. Phoen. 32

ἤδη δὲ πυρσαῖς γένυσιν ἐξανδρούμενος
παῖς οὑμὸς . . . .

et Theocriti Idyll. VI, vs. 2 sq.

ἧς δ' ὁ μὲν αὐτῶν
πυρρός, ὁ δ' ἡμιγένειος.

ubi *πυρρός* a Schol. recte explicatur *ὁ προσφάτως ἔχων τὸν ἴουλον ἐπανθοῦντα*. Est enim adulescentiae indicium *τὸ πυρρογένειον εἶναι*. A nostro quidem sensu h. l. genae flavescentes alienae, ad Euripides orationem quam maxime conveniunt, qui haec lumina atque ornamenta dicendi ad horrorem immanis spectaculi augendam appositissima esse iudicabat. — In reliquis multa vitia in Med. B., ut *νικήσας* (10) — *ἀπέλαυσε* (14) — ft. non melius *ἐδυνήθη* (15) pro *ἠδυνήθη* — *μετὰ ποντίνοις* (17) pro *Μεταποντίοις*.

ad 14, 2. *Ὀϊκλέος*] *ἰοκλέους* Med. B. — 3 sq. *καταχθῆναι*] *καταδεχθῆναι* Med. B. recte, ex usu recentioris Graecitatis. Quod paulo post sequitur (8) *δεχθῆναι* et *εἰσδεχθῆναι* passive iam Demostheni usurpata.

5 sqq. *ἀμφίβολον δὲ πότερον τὸν Ἀμφιάραον ἐδέξατο ἡ γῆ πολέμου ὄντα νέφος, ἢ ὅτι τὸ τοῦ πολέμου νέφος τοῖς Ἀργείοις ἐπῆλθε τὸ ἀπὸ Θηβῶν. τότε ὁ Ζεὺς κηδόμενος τοῦ Ἀμφιαράου ἐκέλευσεν αὐτὸν ὑπὸ τῆς γῆς δεχθῆναι καὶ εἶναι ἀθάνατον.* Med. B. Sive *ὅτι* sive *ὅτε* legis, alter Schol. id agit, ut *πολέμοιο νέφος* non ipsum Amphiaraum significet sed belli occasionem (vel ipsum bellum) qua occubuerit. Tum *π. ν.* toti quae praegreditur sententiae adiectum est.

Ad *πολέμοιο νέφος* et quae sequuntur in *α'* adscripta est glossa Triclinii *ἤγουν κατά τε πλῆθος στρατοῦ καὶ γυναιξὶν ἀρίσταις ἀριστεύειν*: (*ἀριστεύει*?), ut appareat Graeculum post *Οἰκλείδαν* plenius distinxisse et *πολέμοιο νέφος* (ft. de Hom. *P* 243 cum altera Eustathii opinione (p. 1104, 46 = IV, 19, 10 ed. Lips.) facit, ex qua *πολέμοιο νέφος* Homerus non de Hectore sed de ipso bello dixerit) cum sequentibus verbis coniunxisse. *Ἀσυνδέτως* igitur illa accepit.

ad 17, 2. *αὐτοὺς*] *αὐτὸν* Med. B. Voluit *αὐτὸ* (*τὸ Ἄργος*). — 4. om. *τὸν* idem. Articulo omisso in hoc libro, videntur verba *Ζεὺς ἐπ' Ἀλκμήναν Δανάαν τε μολὼν τοῦτον κατέφηνε λόγον* non interpretis esse sed poetae eaque laudari, ut explicatio *ὅτι καὶ γυναιξὶν ἀριστεύει τὸ Ἄργος, οὐχ ἕτερος μάρτυς ἀλλ' ὁ Ζεύς, ὃς καὶ πρὸς Ἀλκμήνην ἀφίκετο* (s. *παρεγένετο*) *καὶ Δανάην Ἀργείας οὔσας* subiungatur. Possit quidem aut (ante *ὅτι*) *τουτέστιν* aut (post *ὅτι*) *γάρ* interponi, sed non est necesse. Omnia autem reponsum faciunt quaestionis quae antecedit *τίς ἀπόδειξις, ὅτι καὶ γυναιξὶ* (*διαπρέπει τὸ Ἄργος*);

— Scholio sic interpuncto et ipsa verba rectius continuantur, et asyndeton quod post *πάλαι* poeta admittit subtilius explicatur, et aliquanto tutius videtur *τοῦτον*, quod Erasmus Schmidius Pindaro restituit. Si verum vidimus, apud Schol. *κατέφανε* scribendum est. — In cod. α′ glossa vocis *τὸν* haec est (Triclinii) *τοῦτον, ὅτι ἀριστεύει τὸ Ἄργος.* — Ib. *ἀριστεύει τὸ Ἄργος*] *ἀριστεὺσ εἰσ τὸ* (?) *ἄργος* Med. B. corruptum. — 5. *ἀφίκετο*] *ἐγένετο* Med. B. Ft. *παρεγένετο* volebat scribere.

ad 21, 1. Et lemma Med. B. *δ'* habet (quod in ed. mea praeterii) et Schol. ib. *δὲ*, sed in altero colo (3) Paraphrastes *καὶ . . . οὖν* habet. Codices omnes (etiam α′) in textu *τ'* exhibent. Laudo Heynii sensum, qui *δ'* reposuit, eodemque inclinantem Bergkium. — Ib. *τῷ*] *τὸ* Med. B. — 3. *συνήρμοσεν*] *συνάρμοξεν* Med. B. — Ib. *γοῦν*] *οὖν* Med. B.

ad 24, 1 sqq. Haec scholia quam perversa et lacunosa sint fugisse videtur homines doctos, qui et ipsi immutata commatum distinctione confusionem auxerunt. Non viderunt enim *ἵκετ' ἐς ἐκείνου γενεάν* (1. 2.) lemmatis esse, ideoque recte in Rom. Brub. P. Steph. Ox. maiore litera initiali a reliquis separari, male apud recentiores (Beck. Heyn. Boeckh.) ad scholiorum contextum traduci. Praeterea inter *ἀμφοτέρων* et *καὶ οὕτως* exciderunt compluria. Viam emendandi monstrat liber Mediceus, ad cuius fidem concinnata haec sunt huius scholii verba

> *Ὁ δ' ὄλβῳ φέρτατος ἵκετ' ἐς κείνου γενεάν*] *κοινωσόμενος* (ita cod.) *τῷ Ἀμφιτρύωνι τὴν γενεὰν ὁ Ζεύς. πῶς δὲ παρεγένετο συγγενέσθαι; ὁ μὲν γὰρ Ζεὺς τῇ προτέρᾳ ἡμέρᾳ ἐγέννησε τὸν Ἡρακλέα, ὁ δὲ Ἀμφιτρύων τῇ ἑξῆς τὸν Ἰφικλέα, καὶ ἐμίχθη τὰ γένη ἀμφοτέρων. οὐχὶ δὲ ὁ Ζεὺς παρεγένετο εἰς τὴν ἐκείνου σποράν; ὅτε γάρ, τοῖς ὅπλοις ἀναιροῦντος αὐτοῦ τοὺς Τηλεβόας, τηνικαῦτα τὴν ὄψιν ἀφομοιωθεὶς τῷ Ἀμφιτρύωνι καὶ οὕτως εἰς τὸν οἶκον ἐλθὼν τῆς Ἀλκμήνης ἐπλησίασεν αὐτῇ καὶ τὸν Ἡρακλέα ἔσπειρεν. ἆθλον γὰρ ἡ Ἀλκμήνη τὸν ἑαυτῆς γάμον προὔθηκε τῷ τοὺς Τηλεβόας καταπολεμήσοντι* (ita cod. pro *καταπολεμήσαντι*).

Sicut in praecedentibus scholiis, etiam h. l. oratio ita conformata est, ut unamquamque quaestionem (*ζήτησιν*) excipiat responsum (*λύσις*), particula *γάρ* huic responso vel inserta (ut h. l. et ad 14, 3) vel non inserta (ut ad 17, 3 et 21, 2. 3.). In altera autem *λύσει* subaudienda videtur *ἀπόδοσις*, ita: *ὅτε . . . ἐπλησίασεν . . . καὶ . . . ἔσπειρεν, τότε παρεγένετο εἰς τὴν ἐκείνου σποράν*, ubi *τηνικαῦτα* non ad *ὅτε* sed ad solum qui praecedit genetivum absolutum refertur. Implicata sane oratio, attamen possunt intellegi haec verba, quae concinniora et faciliora fuissent, si *τότε* pro *ὅτε* scriptum esset, omisso *τηνικαῦτα*. Sed voluisse videtur interpres suis argutiis accurate persequi vestigia poetae, coniunctionem *ἐπεί* per *ὅτε*, participium *ἐναρόντος* per *ἀναιροῦντος* explanans. Vide quo iure olim dixerim me *ἐναρόντος* ex scholiis restituisse. Complectitur in fine argumentationis vel potius iterat sua breviter Scholiastes verbis *ἔπραττε τοῦτο Ἀμφιτρύων* (cod. om. *ὁ*), *καὶ ἐκείνου περὶ τὸν* (cod. *περτὸν*) *πόλεμον ἀσχολουμένου ὁ Ζεὺς ἀφομοιωθεὶς συνῆλθεν αὐτῇ.* Quae non existimo esse comma separatum. Deinde addit: *ἀδείμαντον δὲ ἔφη τὸ σπέρμα, ὃ ἔμελλε καταβαλεῖν εἰς τὴν τοῦ Ἡρακλέος γένεσιν ὁ Ζεύς, ὅ ἐστιν ἄφοβον. ὁ γὰρ ἐξ αὐτοῦ γεννηθείς, ἄφοβος, Ἡρακλῆς.* Leviora quidem haec sunt, sed tamen emendatiora videntur esse, ut *περὶ τὸν πόλεμον* praestat vulgatae lectioni *πρὸς πόλεμον*, nec male omissum est *ἦν* ante *ἄφοβος* in verbis extremis.

Quare, vel hodie sustineam ac defendam *ἐναρόντος*. Tametsi hoc duplici molestia laborat cum ab expulso *οἱ* tum a syllaba correpta, tamen vitiosam librorum scripturam scholiis quodammodo conciliat. Sed quamquam hoc ft. ab initio vocis *ὄψιν* excusationem habet (cf. *ἐπιόψομαι* I 167 — β 294 et *ἐπιοσσομένω* P 381), illud vero conformatione verborum consulto a lyrico poeta immutata niti videatur, nihilo minus res in incerto manebit. Id autem fieri potest ut lectio vulgata (*ἔναρεν.* [αι] *τί οἱ*) ex duplici glossa *τι* (supra *τος*, ut sit *ἐναρόντι*) et *οἱ* orta sit, qua quis adscripta usus Homerici

admonere voluerit, sed non audeo idem de voce ὄψιν coniectare, ut haec pro alia irrepserit. Denique nec teneri possunt ea quae tradita sunt nec reliqui felicius tentaverunt emendationis fortunam, excepto ft. Rauchensteinio viro optimo, cuius ut Kayseri integritatem et candorem in his literis cum maxime desideramus. Beati illi qui eam qua nunc opprimimur morum literarumque cladem iam non vident.

Operarum lapsu accidit ut in ed. mea ad vs. 15 uncinis inclusa sit lectio codicis έ (Tricl.) ἔναριν, τί οἱ. Volebam ἔναρεν, τί οἱ quod interpunctione tantum differt a lectione ά (Tricl.). Addo me postea (a. 1866) cognovisse, codicem ά plurimis locis in quibus antea uncinis additis dubitationem significaveram habere eam lectionem cui ά appositum est. Non est necesse singulos locos enumerare.

ad 31, 2. ἑαυτῆς] αὐτῆς Med. B. — Ib. προϊοῦσα] προσιοῦσα Med. B. — 4. In fr. Aeschyli (329 Df. = 373 N.) nihil discrepant codd. — 5. ἔστι γὰρ αὕτη (αὐτῇ nisi fallor in αὐτὴ mutatum in Vat. B.) γαμηλία (γαμήλια in γαμηλία mutatum in Vat. B.) καὶ ξυγία. τέλειος δὲ ὁ γάμος (ἔστι δὲ ὁ γάμος τέλειος Vat. B.) διὰ τὸ τελειότητα βίου κατασκευάζειν. Med. B. In codd. igitur non nisi levia quaedam ab ed. Rom. diversa, nec Hemsterhusium τέλος pro τέλειος invehentem tuentur.

ad 35, 3. παρεμβέβηκεν Med. B. — 4. ἐκτροπὰς dicit digressiones, digrediendi opportunitates. — Ib. ἔχοι Boeckh. — ἔχῃ codd. Rom. sqq. Causam mutationis non video. — Tricl. dubitat de interpunctione, utrum ὅσων exclamantis sit an ad antecedentia relatum. Cf. l. l. p. 26.

ad 37, 1—4. ἔστι μὲν usque ad ἀντιάσαι (36 verba) exciderunt in Med. B. haplographia.

ad 39, 3. χάλκεον δέ φησι τὸν ἀγῶνα ἤτοι ὅτι ἰσχυρός ἐστιν, ἢ ὅτι Med. B., quod verbis paulo explicatius, re idem est cum vulgatis. — 5. τὴν τοῦ θεοῦ θυσίαν Med. B., male. — Ib. Οὐλίου] ἡλίου idem, male. — 8. εὔφοροι] ἔφοροι Med. B., merum vitium. De duplici scriptura antiqua εὐφόρων et εὐφρόνων nihil novi affert Scholion Triclinii (l. l.) nisi quod ad εὐφρόνων audiri iubet dativum ἵπποις. In tam diserto antiquitatis testimonio lubrica est oblocutio quaecunque est. De numeris non pugno, sed nescio an recte sentiam de poeta, si illud 'und vergass der schweren Müh' tam tritum et decantatum esse puto quam hoc 'und vergass der leichten (holden) Müh' (i. e. der Mühe, die ja nur eine leichte (holde) war) gratum et exquisitum.[13]) Goethiumne recte emendes an supplantes potius, si pro 'theilt sich *die Fluth empor*' illi 'theilt sich *der Fluthen Thor*' substituas vel pro '*All in* ihrer Munterkeit' eidem '*In all* ihrer Munterkeit' affingas? Erasmus Schmidius et Joannes Benedictus homines erant frugi et mentis bene sanae, non solum qui curvo rectum dignoscere possent et puteal vitare apertum sed etiam iudicio atque industria pro tempore et pro re laudabiles: sensu commodi venusti, elegantiae ingenii, saepe carebant. Iidem autem δυσφόρων h. l. pro εὐφόρων scribebant. Ubi G. Hermannus hoc commentum probaverit, non reperio. Schneidewinianum εὔφρον' ὢν satis scitum, sed neque ὢν aptum et vett. interpretes repugnant, ad hoc stricto iure numeris non magis convenit quam quod vulgatum est.

ad 46, 1. κοινῶς τὸ πλῆθος στρατὸν εἶπεν Vat. B. Med. B. — Excidit κοινῶς in Rom. sqq. editoris neglegentia.

---

13) Video Oxonienses idem sensisse, quorum adnotationem liceat repetere, quoniam plurimis viris Pindaricis ut mihi accidere opinor ut illorum editione careant; equidem sero accepi, humanitate fratris Berolinensis. Disputantes contra Er. Schmidium hoc dicunt 'Licet primo intuitu putaret quivis, neminem velle oblivisci facilium laborum, sed potius difficilium, tamen honori cedit heroi labores aliis arduos sine difficultate tolerare, ut λήθη sit τῶν πόνων, qui tamen πόνοι non erant δύσφοροι'. Nec male causam recipiunt alterius traditae lectionis εὐφρόνων, hoc addentes 'Si tamen liceat libere quod sentiamus proferre, εὐφρόνων (quod habet Schol.) commodius reponi posse dicendum est. Ἔσχεν enim λήθην τῶν πόνων τῶν εὐφραινόντων, δηλονότι διὰ τῆς νίκης. Vel ita exponas εὐφόρων. Is recte dicitur laborum suorum oblivisci, qui per illos et propter illos gaudio perfusus est'. Quanto rectius hoc quam perversum acumen Triclinii.

ad 49, 4. *τὰ Ἴσθμια ἐνίκησε* Med. B. — 6. *οἵ γὰρ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας* Med. B., recte. — (id. sed *Θήβαις*) Rom. sqq. — Vat. B. non consului. — Ib. *ἀνενεώσαντο*] *ἀνενέωσαν* Med. B.' — 7. *φησὶ*] *ἔφη* id. — 7 sq. *καὶ διὰ τὸ πλέον τι* (cod. *πλέον, τί*) *Ἀργείοις σεμνοῖς κτἑ.* id., male. — 8. *Νεμέοις* Med. B. — 9. *ὅθ' Ἄδρηστος πρῶτ' ἐβασίλευσεν* id. — 12. *εὐχόμενος*] *εὐδαίμονα* id.

ad 53, 1. *περὶ τοῦ Ὀλυμπίων* Med. B. (sic). — 2. *ἐπιθυμῶν* idem, male. — 4. *πράττειν*] *πράσσειν* Med. B. — 5. *μὴν* etiam in Med. B., ut in [Vat. B.] Rom. sqq. — 6. *σιωπῶν* Vat. B. Med. B. Boeckh. — *σιωπῶ* Rom. sqq. debetur incuriae Zachariae. — 7. *θέλεις* Med. B., male.

ad 55, 4. *αἰτεῖται ταύτην τὴν δωρεὰν* Med. B. (om. *τὴν χάριν* et *καὶ*).

ad 57, 1 sqq. Non discedunt ab editis codices, non tuentur igitur suspicionem Kayseri, cuius emendationem *γνώτ' ἀείδω οἵ τε καὶ ὅστις* in ed. mea commemorare debebam. — 3. *τὸ τῶν τέλειον* Med. B. — Ib. *τῷ Διΐ, καὶ βουλομένῳ* id. — 5. *ἄθλων*] *ἄλλων* id. — 6. *Ἡρακλέος*] *Ἡρακλείου* id. — 8. *ἁμιλλήσασθαι* id. — 9. *εἰσι*] *ἐστι* id. — Ib. excidit colon in Rom. (et opinor in Vat. B.) haplographia, nam post *τῶν ἄθλων* haec in Med. B. afferuntur:

> *διὰ δὲ τοῦ ἐσχάτου σημαίνει τὸ πρῶτον τῶν ἄθλων· καὶ γὰρ τὸ πρῶτον ἔσχατόν ποτε* (*τέως* pro *ποτε* Med. B.) *δύναται γενέσθαι καὶ τὸ ἔσχατον πρῶτον.*

ubi nescio quo iure *τέως* scribatur, ut sit *aliquando, subinde.*

12. Ex eodem codice **fragmentum Sophoclis** (759 Df = 821 N.) emendatur:

ἤδη γὰρ ἕδρᾳ Ζεὺς ἐν ἐσχάτῃ θεῶν

in quo certum quidem videtur *ἕδρᾳ . . . ἐν ἐσχάτῃ*, de aliis non liquet. Med. B. post verba supra allata sic pergit *κέχρηται καὶ Σοφοκλῆς τῷ ἐσχάτῳ ἀντὶ τοῦ πρώτου· ἤδη γὰρ ἕδρα*[*ι*] *ζεῦ φησὶν ἐν ἐσχάτ*[*ῃ*]. *ἀντὶ τοῦ ἐν τῇ πρώτῃ.* Ubi de ipso versiculo haereas, utrum librarius *ἕδραι* (*ἕδρᾳ*) an *ἕδρα*, *ἐσχάτῃ* an *ἐσχάτῳ* scripserit (desinunt enim hae voces in compendium ambiguum), sed addito *ἐν τῇ πρώτῃ* utrum voluerit manifestum est. Omittit autem vocem *θεῶν.* In Rom. haec habes *Ἤδη γὰρ ἕδρα ζεύς φησιν ἐν ἐσχάτω θεῶν. ἀντὶ τοῦ ἐν πρώτω.* Nec Vat. B. a Rom. dissentire videtur, quamquam consensum de primis tantum verbis Sophocleis *ἤ. γ. ἕ. ζ. φ.* diserte significatum habeo. De *Ζεῦ* et *Ζεύς* sicut de collocanda voce *θεῶν* (possis enim non minus bene *θεῶν ἐν ἐσχάτῃ* scribere) nihil affirmo. Aspice Heimsoethii coniecturam *ἕδρᾳ . . . ἐν ἐσχάτῃ* quam egregie fides codicis tueatur. — De lectione vs. 32 non debebam omittere in ed. mea, iam olim Philippum Melanchthonem et Rittershusium legendum censuisse *κορυφᾶς* pro *κορυφαῖς.* Attamen neque ex eo quod supra (9) de Mediceo codice allatum est *ἐστι* (pro *εἰσι*) neque ex circumlocutione Scholiastae (2. 4.) *περὶ τῆς κορυφῆς τῶν τελευταίων* (*ἐσχάτων*) *ἄθλων* satis tuto coniecturam capias, legisse eos secundum casum singularis numeri. Nam si et ipsi *περὶ . . . κορυφαῖς* scriptum habebant, quomodo hoc pedestri sermone rectius reddere potuerunt quam per *περὶ . . τῆς κορυφῆς*? Jure Heynius admonuit Pindarum amare non modo pluralem numerum sed insolentiorem quoque casum et provocavit ad Ol. XIII, 43. *δηρίομαι πολέσιν περὶ πλήθει καλῶν.* Poterat addidisse alios locos quibus poetam tertii casus omnium amantissimum fuisse ostenderet.

ad 61, 2. *ὀμφαὶ οὖν, φησὶν, ἡδεῖαι* Med. B. — 3. *ἀνακρουόμενοι* Rom. sqq. et sic Med. B. (sed vitio *ἀνακροούμενοι*) — *ἀνακρουόμεναι* Boeckh. — In Vat. B. exitus vocis correctionem habere videtur, ut librarius *οι* expunxerit, *αι* apposuerit. — Ib. ft. *πρὸ ἀναβολᾶς* Med. B. — 5. *τὴν νίκην αὐτοῦ* idem. — Ib. *ἐν* om. idem. — 5 sq. *προσενέγκασθαι ἀδεῖα ἐν τελετᾶ, ἐν ἰδία* (sic) *τελετῇ* idem, vitiose quidem, sed quod *τὸ* ante *ἀδ. ἐν. τελ.* omittit, recte, nec ft. male de *προσφέρεσθαι* media voce, ut sit *adiungere,* tractare conformationem verborum. Vide Lexx. — 7. *ὅστις*] *ὅτι* Med. B., recte, nam *ὅστις* ab hoc loco alienum est: *τινὲς δὲ καὶ τὸ ἀμβολάδην οὕτως ἀκούουσιν, ὅτι δὶς μὲν ἐνίκησε τὰ Παναθήναια, οὐκ ἐφεξῆς δὲ, ἀλλ' ἀναβολάδην, τουτέστιν ἀναβολῆς τινος γενομένης μεταξύ.* Idem tamen liber

h. l. multa vitia habet, quae afferre supersedeo. — In annot. ad vss. 35 = 61 vulg. casu excidit in ed. mea litera B., nam etiam Vat. B. *γε μὲν* habet.

ad 64, 3. *τίθενται γὰρ Ἀθήνησιν ἐπάθλον* (cod. vitiose *ἐπτάθλου*) *τάξιν ἐλαίου πλήρεις ὑδρίαι* Med. B. ubi *ἐπάθλου τάξιν* (pro *ἐν ἐπάθλου τάξει*) ferri potest, sicut *τρόπον, δίκην, νόμον, χάριν* cum gen. iuncta. — 5. De *fragmento Callimachi* (122) in codd. nihil novi, conspirant in lectione *παρ' ἀθηναίοις* (*ἀθηναίης* (?) Med. B.) *γὰρ ἐπὶ τέγος*, ut nec *στέγος* nec Meinekii permutationem vocum *παρ'* et *γὰρ* tueantur. Accentus *κάλπιδες* in utroque.

ad 67, 1. *ἀγγίοις* Med. B., male. Idem infra (5) *ἀγγεῖα.* — 1 sq. *ἐξωγραφοῦντο* idem, recte.

ad 69. De hoc scholio incuria Zachariae Boeckhium in errorem induxit. Librarius Vaticani codicis post verba *τοῖς εὖ ἀγωνισθεῖσιν. ἢ εὖ καὶ καλῶς* lacunam spatio unius vocis (in quam lacunam excurrit plagula 242) aperuerat, tum (initio insequentis plagulae 243) perrexerat *τιμὴ σὺν χάρισι κτέ.*; Calliergus autem illam lacunam indicare omisit; Boeckhius denique tametsi recte offensionem quandam sensit, tamen non recte emendavit sic *τοῖς εὖ καὶ καλῶς ἀγωνισθεῖσι.* Verum exhibet codex Med. B. omissamque esse vocem *γινομένη* (quam librarius Vat. B. in suo archetypo legere non potuit) demonstrat; idem colon addit, quod licet non magni sit, non est quod reiiciatur. Scribe:

> *Ἕπεται δὲ, Θειαῖε. ἐπακολουθεῖ* (*δὲ* non est in codd.; de suo hoc Zach. addidit), *φησί, κατὰ τὸ πολύγνωτον ὑμῶν* (*ἡμῶν* Med. B., male) *γένος τὸ ἀπὸ τῆς μητρός· μήτρωες γὰρ οἱ ἀπὸ* (sic Med. B. pro *τῆς*) *μητρὸς πρόγονοι· ἡ* [*εὐάγων τιμή*:] *Εὐάγων τιμά. τουτέστιν*[14]) *ἡ ἐπὶ τοῖς ἀγῶσι τοῖς εὖ ἀγωνισθεῖσιν, ἢ* [*ἡ*] *εὖ καὶ καλῶς γινομένη, σὺν Χάρισι καὶ Τυνδαρίδαις. τὴν δὲ αἰτίαν διὰ τῶν ἑξῆς ἀποδίδωσι. Παμφάης γὰρ συγγενὴς τοῦ Θειαίου, φησίν, ἐξένικε τοὺς Διοσκούρους:*

Duplex igitur apud veteres grammaticos videtur fuisse interpretatio vocis *εὐάγων*, altera qua ad ipsa certamina eam restringerent, altera generalior. Accusativum *γένος* suo more per *κατά* exponunt et cum *ἕπεται* coniungunt, ut nihil inde redundet praesidii coniecturae *τιμᾶν* quam Bergkius tertiis curis proposuit, doctae quidem et acutae, ut sunt omnia quae facit V. Cl., quae tamen dum amovet illam insolentiam alteram affingit, ut *γένος εὐάγων* copulare iubeamur, quod et solitarium esse ipse Bergkius concedit et cum epitheton sic divulsum ac postpositum frigeat invenustum esse non animadvertit. Nec tam facile videmur privari insigni exemplo memorabilis Doriensium vel omnino antiquissimae Graecitatis cum Romanis convenientiae, quae quanta fuerit et in quibusdam aliquanto subtilius quam adhuc factum est potest demonstrari et maximam partem semper latebit.

ad 73, 1 sqq. Prioris commatis loco in Med. B. corrupta quaedam et perturbata verba leguntur, quae cum editis (Rom. et nisi fallor Vat. B.) compono, nihil mutans:

ed. Rom.	*cod. Med. B.*
Ἀξιωθείην κεν. ἐγώ φησι καταξιωθείην τῶν περὶ θράσυκλον καὶ ἄντιον (sic etiam Vat. B.) *συγγενὴς ὢν, ἐν τῶ ἄργει διάγειν καὶ ζῆν. ἔνθα οὐκ ἂν ἀπαῤῥησίαστος διετέλεσα, οὐδὲ κάτω βλέπων καὶ κρύπτων ἐμαυτοῦ τὸ ἐλεύθερον. οἱ γὰρ νικῶντες, μετὰ παῤῥησίας ἄνω βλέποντες βαδίζουσιν. οἱ δὲ ἡττημένοι, οὐχ οὕτως.*	*Ἀξιωθείην κεν ἐὼν θρασύκλου. ἐγὼ φησὶ κατ-αξιωθείην τῶν περὶ θράσυκλον καὶ ἀντίαν. συγγενὴς ὢν ἐν τῷ ἄργει. διὰ τὸ μὴ κρύπτειν κε* (*με*?) *κάτω βλέποντα τὴν τῶν ὀμμάτων παρρησίαν. οἱ γὰρ νικῶντες μετὰ παρρησίας ἄνω βλέποντες, βαδίζουσιν· οἱ δὲ ἡττημένοι διὰ τὴν αἰσχύνην, ἐναντίον.*

---

14) Scriptura codicis Medicei haec est *πρόγονοι:· Ἡ εὐάγων τιμή· τουτέστιν* unde ea quae supra exhibui profecta sunt. De tertia manu, quae inde ab *Ἀδεῖαι* (61, 1) usque ad *πρόγονοι:·* (69, 2) vice alterius (secundae), functa est, vide Praefationem.

Verba codicis Medicei aut omissione sunt mutila aut turpissime distorta. Possunt varie temptari, ut si scribas *ἐν τῷ Ἄργει διάγων μὴ κρύπτειν γε κάτω βλέπων* vel *ἐν τῷ Ἄργει διάγειν, διὰ τὸ μὴ κρύπτειν με κτἑ.* In fine pro *ἐναντίον* scribe *τοὐναντίον.* Utut est, magnam profecto verborum Medicei ab editis (et Vaticano) diversitatem habes. Nihilominus haec non solum eandem fere cum vulgatis sententiam continent, sed etiam cum Vaticanis ex eodem fonte communi derivantur. Esto igitur hoc scholion exemplo, haud facilem ei operam obventuram qui hanc provinciam Scholiorum Pindaricorum edendorum sortitus fuerit. Nam si duo codices ita prorsus dissentiunt, quam sententiarum conformationem ille selecturus, quae in Annotationum insulas relegaturus, quae silentio transiturus vel potius trucidaturus sit, cum triginta amplius habebit, probe videat. Sin omnes eiusmodi differentias in lucem protulerit vereor ne plus sit nociturus quam profuturus literis. — 5. *αὐτοῦ περὶ αὐτοῦ διαλ.* (om. *ὡς*) Med. B. — 6. *φῶς*] *φάος* id. — 7. sq. *ἄξιος εἴη μὴ κρύπτει* (sic, om. *οὖν* et *ἄν*) idem. Videtur hic librarius (vel qui ei antecessit) passim omisisse voculas *ἄν, οὖν, ἐν, ὡς* al., ut exscribendi compendium faceret.

ad 76, 2. *ἔθαλεν*] *ἔθαλλεν* Med. B., recte; *ἔθαλον* poetarum est. — Cetera cum vulg. consentiunt.

ad 82, 2. *δυσχείμεροι δὲ οἱ πόνοι* (sic) *μεταφραστικῶς* Med. B. — Ib. *χλανίδα* Beck. sqq. — *χλαμύδα* Med. B. — *χλαμίδα* Rom. [Vat. B.?] sqq. — 3. *ψυχράν. ἐπεὶ ὁπότε* et *αὖραν* Vat. B. (expuncto *ἐπεί*) — *ψυχρὰν ὁπότε* et *αὖραν* Med. B. — *ψυχρὰν. ὁπότε* et *αὖραν* Rom. sqq. — Correxit Heynius ex Ol. 9 (10), 97 = 146 vulg. — 5. *χλανίσιν* [Vat. B.?] Rom. sqq. — In Med. B. h. l. novem verba exciderunt, ut hoc solum legatur *ἐκ τῆς Πελλήνης δὲ ἀνεχώρησαν.*

ad 84, 1. *οὐ δυνατὸν εἰπεῖν*] *ἀδύνατον ἐξειπεῖν* Med. B., non male. — 3. *ἀσπίδα χαλκῆν* (cod. *ῆν*) Med. B., recte.

ad 87, 1 sqq. *Ὄντε Κλείτωρ καὶ Τεγέα. ὅντινα χαλκὸν αἱ περὶ Κλείτορα καὶ Τεγέαν πόλεις Ἀργολικαὶ ἆθλον ἔθηκαν, ὃν καὶ τὸ Λύκαιον ἔθηκε χαλκὸν παρὰ τῷ τοῦ Διὸς βωμῷ, τοῖς δυναμένοις νικῆσαι, σὺν ποδῶν σθένει καὶ δρόμῳ, καὶ χειρῶν σθένει,*[15]) *πάλῃ καὶ παγκρατίῳ καὶ πυγμῇ:* Scholion sic ad fidem Medicei codicis restitutum album calculum suae coniecturae adiicere censebit Bergkius, qui (in 3ª ed.) dativum *δρόμῳ* a praepositione *σύν* disiungit (quod facere etiam Boeckhio satius visum est) et pro *τε νικᾶσαι* legi iubet *τ' ἔνεικαν Ϝῶν* in vss. 47 sqq. qui vulgo ita scribuntur — agitur de 'aere infinito' i. e. de aeneis tripodibus quos in ludis urbium Argolicarum et Achaicarum propositos maiores victoris (Theaei) reportaverint —:

ὄντε Κλείτωρ καὶ Τεγέα καὶ Ἀχαιῶν ὑψίβατοι πόλιες
καὶ Λύκαιον πὰρ Διὸς θῆκε δρόμῳ σὺν ποδῶν χειρῶν τε νικᾶσαι σθένει.

Mihi vero secus esse videtur et meae potius coniecturae *θῆκεν δαεῖσιν ποδῶν* adstipulari Scholiastes. Nam is si fidem fecerit de verbis *δρόμῳ* et *σύν* separandis, cur eidem de reliquis fidem denegabis? At nihil illum tale quale est *ἔνεικαν* sed aliud legisse apertum est. Sin haec ante oculos habuit

ὄντε Κλείτωρ καὶ Τεγέα καὶ Ἀχαιῶν ὑψίβατοι πόλιες
καὶ Λύκαιον πὰρ Διὸς θῆκεν δαεῖσιν ποδῶν χειρῶν τε νικᾶσαι σθένει

non potuit eorum sententiam simplicius ac diligentius quam eis quae supra adscripsimus verbis referre atque explanare. Ad verbum *μαθοῦσι* vel *ἐπισταμένοις* accuratius erat, ad mentem poetae *δυναμένοις* strictius est. Porro et ipse Sch. post inventam Medicei libri lectionem ostendit viam corruptionis. Particula *καί* quae inter *ποδῶν σθένει* et *δρόμῳ* legitur nihil aliud valet nisi *ἤ* vel *τουτέστιν*; solent

---

15) Ita Med. B. — *τοῖς δυναμένοις νικῆσαι σὺν ποδῶν δρόμῳ, καὶ χειρῶν σθένει* Rom. sqq. — Codicem Vat. B. non contuli h. l., sed idem eum habere suspicor.

enim grammatici vett. ipsa verba quae explicaturi sunt ita cum suis interpretamentis consociare. Sexcenties faciunt, ut ad vs. 103, 3 *ὁμοίαν καὶ ἴσην*. Atqui longe plurimae *glossae* ex scholiis petitae sunt; id neminem fugiet, qui glossas cum scholiis comparaverit, sicut commentarius ille perpetuus qui fertur Moschopuli in multis libris quasi discerptus inter glossas legitur. Ea igitur huius scholii interpretamenta *δρόμῳ* et *σύν*, in glossarum usum conversa, cum antea supra *ποδῶν* iuxta adscripta essent, postmodo inter poetae verba decidissent, effecerunt, ut oculos alicuius librarii fallerent atque expellerent vocem proximam quae initio syllabarum simili aspectu erat. Sic infelici casu factum est ut *δρόμῳ σὺν* pro *δαεῖσιν* inveheretur. — Forma non offendat. Nam cum *δαείς* et *δαέντι* apud Pindarum legantur, *δαείς* etiam apud Solonem, *δαέντες* apud Apollonium Rhodium et in Hymnis recentioribus, si *δαεῖσι* scribimus, quid sequius est quam quod G. Hermannus fecit, cum ad Choeph. v. 604. pro *δαείς* masc. *δαεῖσ'* fem. reponeret plurimisque Aeschyli editoribus persuaderet? Est enim hic aoristus *ἐδάην* tam propemodum lyricorum proprius, ut nihil Pindaro aptius esse videatur. Nec moror Infinitivum quod alibi non invenitur adiectus, in tanta huius vocis raritate. Et is recte se habet, hoc intellectu, ut post *ἐπίστασθαι*, nec abhorret geminato principio forma causativa in vs. Homerico ψ 72 *ἔργα δ' Ἀθηναίη δέδαεν κλυτὰ ἐργάζεσθαι*. At Hesychius et ceteri quod sciam lexicographi praeterierunt formam *δαεῖσι*. Mirum quin apud Pindarum Ol. VII, 56 *δαέντι* deleas, quia hi homines non habent. Ceterum si non persuadeat Sch. qui hoc de omnibus victoribus intellexit (cf. *μαθόντες* i. e. *οἱ μαθόντες* Ol. II, 86), simul audiatur *αὐτοῖς* i. e. maioribus Theaei.

ad 91, 1. *ξενωθέντος*] *ἐπιξενωθέντος* Med. B. — Ib. *Παμφαίω* (sic) Med. B. — 2. *σὺν τῷ ἀδελφῷ*] *ἅμα τῷ ἀδελφῷ* Med. B.

ad 96, 1. In lemmate uterque codex *εὐρυχόρου*, in paraphrasi Med. B. *εὐρυχόρου* — Rom. sqq. *εὐρυχώρου* — de Vat. B. nihil adscriptum est. (Hoc iam in ed. mea adnotavi). — 2. *τῆς εὐωχίας* [Med. B.] Rom. sqq. [Vat. B?].

ad 100, 2. *δικαιότατον* Med. B., male. — 3. *ὅτι*] *ὅτε* idem.

ad 103 et **107.** De *Dioscurorum* fato admirabili, sive duplex ea vita fuit et coelestis et terrestris sive inter vitam et mortem vicissitudo, minus caute video disputare interpretes nostros, quantum ad haec scholia attinet. Arripiunt enim verba Sch. *ἐν τοῖς ὑπογείοις τῆς Θεράπνης* (3), quae cum interpretationem contineant verborum *ὑπὸ κεύθεσι γαίας ἐν γυάλοις Θεράπνας*, iure sibi videntur haec ad Therapnae quod fuerit sepulcrum Tyndaridarum referre indeque concludere non solum Pindarum credidisse Tyndaridas alternis modo vivere modo mortuos iacere, sed etiam scholiastam Pindari poetam sic intellexisse. Neglegunt autem evidentissime ea quae sequuntur, unde manifestum est veteres interpretes verba poetae non de morte Dioscurorum accepisse sed de duplici vita modo coelesti inter deos modo terrestri inter homines:

ad 103, 3 sq. *ἰστέον δὲ ὅτι περιπέπτωκε τοῖς ἐν τῇ Νεκυομαντείᾳ* (Hom. λ 303 sq.) *λεγομένοις περὶ τῶν Διοσκούρων Ἄλλοτε μὲν ζώουσ' ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ' αὖτε Τεθνᾶσιν, τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἶσα θεοῖσιν. φησὶ γὰρ τοὺς Διοσκούρους μίαν μὲν ἡμέραν ὑπὲρ γῆς εἶναι ἑτέραν δὲ ὑπὸ γῆν, ὥστε κατὰ μὲν τὸν διεσκευακότα τὰ*[16]) *παρ' Ὁμήρῳ παρ' ἡμέραν αὐτοὺς ἀποθνήσκειν, κατὰ δὲ Πίνδαρον μίαν μὲν ἡμέραν παρὰ τοῖς ἀθανάτοις διαιτᾶσθαι μίαν δὲ ἡμέραν ὁρῶντας τὰ παρ' ἀνθρώποις σὺν αὐτοῖς εἶναι.*

ad 107, 1. sqq. *ἐπειδὴ μᾶλλον τοῦτον εἵλετο τὸν αἰῶνα, φησί, Πολυδεύκης, τὸν ἀδελφὸν ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ ἐκ διαδοχῆς θεὸς γενέσθαι καὶ πάλιν ἄνθρωπος, ἤπερ μόνος ἐν οὐρανῷ θεὸς κατοικεῖν Κάστορος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ φθαρέντος ἐν πολέμῳ. αὐτοῦ γὰρ τρωθέντος καὶ μέλλοντος ἀπόλλυσθαι,*

---

16) Ita Med. B., recte credas, ut est apud Pausaniam (2, 26, 6) *οἱ ἐμπεποιηκότες εἰς τὰ Ἡσιόδου*. Cf. Lehrs, de Aristarchi studiis, p. 250. Omittunt *τὰ* Rom. sqq. [Vat. B.?].

εἵλετο Πολυδεύκης ὁ τούτου ἀδελφὸς αὐτος ἀθάνατος ὢν μᾶλλον παρ' ἡμέραν ἄνθρωπος εἶναι ἅμα τῷ ἀδελφῷ καὶ πάλιν θεὸς ἅμα τῷ ἀδελφῷ ἀπολουμένου αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἐποίησαν οἱ θεοί:

Atqui cum haec praecedant:

ad 103, 1 sqq. *μεταλαβόντες δ'* (*μεταβάλλοντες δὲ* Med. B.[17]) *αὐτοὶ οἱ Διόσκουροι καὶ ἐκ διαδοχῆς ἐναλλάσσοντες τὰς ἡμέρας, μίαν μὲν* [*ἡμέραν* addit Med. B.] *διάγουσιν ἐν τῷ οὐρανῷ ὡς θεοί, μίαν δὲ ἐν τοῖς ὑπογείοις τῆς Θεράπνης, ὁμοίαν καὶ ἴσην ἐκπληροῦντες τύχην.*

primo aspectu duae videntur h. l. conflatae esse interpretationes, quarum altera (Paraphrastae) Dioscuros vivos et mortuos, altera vero (Scholiastae) deos et homines per vices factos esse voluerit. Quod quamquam largior potuisse fieri, multa enim quae inter se repugnant in scholiis incuria posteritatis male coaluerunt, tamen attentius verba considerans hanc suspitionem relinquas. Etenim templum quidem Therapnis oppido in altis montibus sito habebant Dioscuri celeberrimum, de sepulcro nihil constat. Sin illis verbis *ἐν τοῖς ὑπογείοις τῆς Θεράπνης* Scholiastes 'in cavis' vel 'in faucibus Therapnaeis' dicere voluit, omnia bene cohaerent. Primum ipsa poetae verba suis exponit; tum observat eum incidisse in dissensionem (*περιπέπτωκε*) cum interpolatore Odysseae, qui alternis diebus aut supra terram vixisse aut sub terra mortuos iacuisse ambos voluerit, Pindarum vero vice diurna eos aut inter deos aut inter homines vivere iubere; denique eandem sive vera est sive falsa Pindari interpretationem ad vs. 107 aliis verbis repetit. Nec cum extrema huius carminis (v. 88 = 163 vulg.) interpretaturus dicat

ad 153, 5. *τὸ μὲν ἥμισυ τοῦ χρόνου ἕξεις ὑπὸ τὴν γῆν διατρίβων, τὸ δὲ ἥμισυ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τοῖς τιμίοις τῶν θεῶν οἴκοις.*

quidquam dispar sui ac dissimile protulisse videtur, immo in poeta cum dicit

ἥμισυ μέν κε πνέοις γαίας ὑπένερθεν ἐών,
ἥμισυ δ' οὐρανοῦ ἐν χρυσέοις δόμοισιν.

huic ipsi voci *πνέοις* immoratus idem ubique etiam atque etiam pressisse argumentum. Quam vitam Tyndaridarum subterraneam vel troglodyticam quemadmodum sibi finxerint, nunc non attinet disquirere, sed habeo etiam dicere, non absurde credi Pindarum mortis humanae necessitatem a Divis prohibuisse.

Praeterea miror, quod nostrae aetatis grammatici, qui de interpolatione Homerica multi sunt et spurios esse Odysseae versus λ 303 et 304 recte contendunt (ut Bekkerus *Homer. Blätter* 2, 37 sq.), de diserto huius scholii testimonio verbum non faciunt. Auctor eius cum dicit *τοῖς ἐν τῇ Νεκυομαντείᾳ λεγομένοις* et *κατὰ τὸν διεσκευακότα τὰ παρ' Ὁμήρῳ*, ostendit se non Homerum sed interpolatorem Homeri Pindaro opponere, longe distans ab opinione Disseni, Nitzschii, aliorum, qui nullam Pindari cum Homero dissensionem admittunt. Quod eo gravius est quo haec scholia ad vetustiorem et meliorem Alexandrinorum aetatem revocanda sunt. Fuisse ab ipso Callimacho proximos (primos dico auctores) vel frequentia versiculorum ex hoc potissimum poeta laudatorum persuadet.

ad 112, 2. *τὰς δύο Λευκίππου θυγατέρας· Φήβην* Med. B. — 4. *ἀπέφευγον*] *ἔφυγον* id. — Ib. *τοῖς Ἀφαρητιάδαις* et codd. et Rom. sqq. — 6. *ὁ δὲ*] *ὁ* Med. B. — 7. *γεγεννῆσθαι* id. — 8. *ἀθάνατος ὢν* id. — 9. *τὴν ἀθανασίαν καταμερίσασθαι* id. — 10 sq. Corruptior in Med. B. sed in extrema parte auctior paraphrasis ita (nihil demuto) *τὸν Κάστορα γὰρ φησὶ τῆς τῶν βοῶν ἀφαιρέσεως ἐνίκησεν* (sic) *ὁ ἴδας. ὀργισθεὶς πῶς ὁ ἀμφιάρεως* (sic) *παῖς ἔτρωσε τούτω τῶ τρόπω λοχήσας*: — In fine Vat. B. *ὁ τοῦ ἄρεοσ παῖσ ἔτρωσε*, hinc Zacharias dedit *ὁ ἀρέως παῖς, ἔτρωσε*, quod Beckius in *ὁ Ἀφαρέως παῖς*,

---

17) Sed is pravo accentu *μεταβαλλόντες δὲ*; praesens tempus et per se aptius et ad Pindari *μεταμειβόμενοι δ' ἐναλλὰξ* exprimendum accuratius est. Idem (3) *ἐν τοῖς ὑπογύοις τοῦ θεράποντος*, inepte.

ἔτρωσε commutavit. Et hoc quidem tuetur cum ipsa res tum scriptura libri Medicei quamvis vitiosa. Sed quod addit *τούτῳ τῷ τρόπῳ λοχήσας* truncata videtur esse et perturbata textus *χαλκέας λόγχας ἀκμᾷ* (libror. vulg. *αἰχμᾷ*) interpretatio. Ea enim hoc ipso loco desideratur. Cf. Sch. ad **114**, 19 ubi in altera paraphrasi est *ἔτρωσε λόγχῃ*. Ft. hoc scriptum voluit *τὸν Κάστορα γάρ, φησί, τῆς τῶν βοῶν ἀφαιρέσεως ἕνεκεν ἔτρωσεν ὁ Ἴδας, ὀργισθείς. πῶς δ' ὁ Ἀφαρέως παῖς ἔτρωσε; τούτῳ τῷ τρόπῳ, λόγχῃ.* Possis etiam *τούτῳ τῷ τρόπῳ λοχήσας* accipere pro interpretatione particulae *πως* Pindari, sed insidiari (*λοχᾶν*) in hac fabula non Apharetidae sed Dioscuri dicebantur. Videant alii.

ad 114, 1 sqq. Inter omnes qui de Pindaro supersunt commentarios vix ullum scholion novi, quod et ad ipsius poetae animum gravius et ad Alexandrinorum crisin notabilius et nobis ad intellegendum difficilius sit. Vertitur in una litera unove accentu, utrum Pindarus mirificam narrationem de Lyncei oculorum acie, quam in Cypriis traditam habebat, improbaverit atque immutaverit necne. Si id quod veteres illi critici in suis libris inveniebant ἡμενος et probas et pro Nominativo casu ἥμενος habes, Pindarus illi de Dioscurorum et Apharetidarum pugna fabulae id novum affinxit, quod Lynceus non stare erectus sed in trunco arboris sedere dicitur in monte Taygeto, ut late circumspiciat Peloponnesum. Quod G. Hermanno[18]) probatur et dedita opera a poeta, sicut faciat in Ol. I de Pelope a diis devorato, sic institutum esse videtur, ut incredibile illud commentum de Lyncei oculis sperneret, qui terram, lapides, lignum, omnia perspexissent. Nimirum (quod Boeckhius contra dicit) Pindarus praecurrit Paulum Heidelbergensem, qui Christum non mari inambulantem sed in litore maris spatiantem reperit. Sin dialectica forma admissa scribis ἡμένος (i. e. ἡμένους), consentit plane cum Cypriis Pindari narratio, ambos simul Dioscuros in cavo robore latentes conspectos esse a Lynceo admirabili oculorum acie, quae vel per ipsum robur pervaderet. Si denique ἥμενον poeta dedit, quod Aristarchus coniecit, discrepat ille quidem a Cypriorum auctore, sed tamen ita, ut epicus ambos, lyricus unum Castora insedisse robori et a Lynceo conspectum esse narret. Et de Aristarcho quidem quid voluerit in propatulo est, sed Cypriorum auctoritate qui Alexandrini et quo pacto usi sint, quaeque Didymi et lectio et sententia fuerit, ex his ut sunt vulgata scholiis nequaquam constat. Gliscit confusio, cave tibi! quarta lectio scholiis interserta est ἡμένως, quae quo pertineat nemo intellegit; quintam e nostratibus Thierschius addidit ἡμένω, sextam Boeckhius ἡμένους. Agitur autem de his Pindari verbis:

ἀπὸ Ταϋγέτου πεδαυγάζων ἴδεν Λυγκεὺς δρυὸς ἐν στελέχει
ἡμένους (*ἥμενος, ἥμενον, ἡμένος, ἡμένως, ἡμένω*).

Iam accipe Scholion quod in Romana editione legitur cum ea forma collatum in quam a Boeckhio codicum auxilio destituto redactum est.

Rom.

Ἀπὸ ταυγέτου. ὁ μὲν ἀρίσταρχος ἀξιοῖ γράφειν, ἥμενον. ἀκολού|θως τῇ ἐν τοῖς κυπρίοις λεγομένη ἱστορία. ὁ γὰρ τὰ κύπρια συγγράψας φησὶ τὸν κάστορα | ἐν τῇ δρυὶ κρυφθέντα, ὀφθῆναι ὑπὸ λυγκέως. τῇ δὲ αὐτῇ γραφῇ, καὶ ἀπολλόδωρος κα|τηκολούθησε. πρὸς οὕς φησι δίδυμος, ἀμφοτέρων ὑπὸ τῇ δρυὶ λοχώντων τοῦ κάστορος καὶ | τοῦ πολυδεύκους, μόνον ὁ λυγκεὺς τὸν κάστορα εἶδε. μήποτε οὖν δεῖν φησιν ἀναγινώσκειν | τὴν

Boeckh.

Ἀπὸ Ταϋγέτου] ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ἀξιοῖ γράφειν ἥμενον, ἀκολούθως τῇ | ἐν τοῖς Κυπρίοις λεγομένῃ ἱστορίᾳ· ὁ γὰρ τὰ Κύπρια συγγράψας φησὶ τὸν Κάστορα ἐν | τῇ δρυῒ κρυφθέντα ὀφθῆναι ὑπὸ Λυγκέως· τῇ δὲ αὐτῇ γραφῇ καὶ Ἀπολλόδωρος κα|τηκολούθησε. πρὸς οὕς φησι Δίδυμος, ἀμφοτέρων ὑπὸ τῇ δρυῒ λοχώντων, τοῦ Κάστορος | καὶ τοῦ Πολυδεύκους, μόνον ὁ Λυγκεὺς τὸν Κάστορα εἶδε· μήποτε οὖν δεῖ, φησὶν, | ἀνα-

18) De Pindari dialecto p. 22 (Opusc. I p. 266).

παραλήγουσαν συλλαβὴν ὀξυτόνως τοῦ ἡμένως ὡς ἡρμένως, ἵνα κατ' ἀμφοῖν ἀκούη|ται. ὁ δὲ λυγκεὺς, δρυὸς ἐν στελέχει ἡμένως, ἀντὶ τοῦ ἡμένους. δηλονότι τοὺς διοσκούρους· | ὡς ἀελλόπως, καὶ τρίπως. οὐχ ἕδως ἐστὶ γεραιὲ, ἀντὶ τοῦ οὐχ ἕδους. παρατίθενται δὲ καὶ | τὸν τὰ κύπρια γράψαντα, οὕτω λέγοντα. Αἶψα δὲ λυγκεὺς ταύγετον προσέβαινε. | Ποσὶ τὰ χέσσι πεποιθώς. ἀκρότατον δ' ἀναβάς, διεδέρκετο νῆσον ἅπασαν τανταλίδου | πέλοπος. τάχα δ' εἴσιδε κύδιμος ἥρως, εἰν ὀφθαλμοῖσιν ἔσω δρυὸς ἄμφω κόιλης κά|στορά θ' ἱππόδαμον καὶ ἀεθλοφόρον πολυδεύκεα. νύξε δ' ἄρ. ἀγχίστωρ ἐλόχα. τὸν ἴδαν φη|σὶν ἐν κόιλη δρυὶ κρυφθεὶς, καὶ τὸν λυγκέα. ὁ δὲ λυγκεὺς ὀξυδερκὴς ὢν, ὡς καὶ διὰ λίθων, | καὶ διὰ γῆς τὰ γινόμενα βλέπειν, ἰδὼν | διὰ τῆς δρυὸς τὸν κάστορα, ἔτρωσε | λόγχη. ἀπὸ γὰρ τοῦ ὄρους σκοπῶν ὁ λυγ|κεὺς, ἐθεάσατο αὐτοὺς ἐγκαθεζομένους | ἐν στελέχει δρυὸς, καὶ ἐλλοχῶντας. τοῦ | γὰρ λυγκέως ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους ὀ|ξύτατον ἦν τὸ ὄμμα.

γινώσκειν τὴν παραλήγουσαν συλλαβὴν ὀξυτόνως ἡμένος ἢ διὰ τοῦ $\overline{ως}$ ἡμένως, | ἵνα κατ' ἀμφοῖν ἀκούηται· ὁ δὲ Λυγκεὺς δρυὸς ἐν στελέχει ἡμένος, ἀντὶ τοῦ ἡμέ|νους, δηλονότι τοὺς Διοσκούρους· ὡς ἀελλόπος καὶ τρίπος. Οὐχ ἕδος ἐστὶ, γεραιὲ, | ἀντὶ τοῦ οὐχ ἕδους. § παρατίθενται δὲ καὶ τὸν τὰ Κύπρια γράψαντα οὕτω λέγοντα. |

Αἶψα δὲ Λυγκεὺς |
Ταΰγετον προσέβαινε ποσὶν ταχέεσσι πεποιθώς. |
Ἀκρότατον δ' ἀναβὰς, διεδέρκετο νῆσον ἅπασαν |
Ταντἁλίδου Πέλοπος, τάχα δ' εἴσιδε κύδιμος ἥρως |
. . ὀφθαλμοῖσιν ἔσω δρυὸς ἄμφω κοίλης, |
Κάστορά θ' ἱππόδαμον καὶ ἀεθλοφόρον Πολυδεύκεα. |
Νύξε δ' ἄρ' . . . . . |

Ὁ Κάστωρ ἐλόχα τὸν Ἴδαν, φησὶν, ἐν κοίλῃ δρυῒ κρυφθεὶς καὶ τὸν Λυγκέα· ὁ δὲ | Λυγκεὺς ὀξυδερκὴς ὢν, ὡς καὶ διὰ λίθων καὶ διὰ γῆς τὰ γινόμενα βλέπειν, ἰδὼν διὰ τῆς | δρυὸς τὸν Κάστορα ἔτρωσε λόγχῃ· ἀπὸ γὰρ τοῦ ὄρους σκοπῶν ὁ Λυγκεὺς ἐθεάσατο αὐ|τοὺς ἐγκαθεζομένους ἐν στελέχει δρυὸς καὶ ἐλλοχῶντας. τοῦ γὰρ Λυγκέως ὑπὲρ πάντας | ἀνθρώπους ὀξύτατον ἦν τὸ ὄμμα.

Subiicio his diversitatem lectionis:

1. Ἀπὸ ταϋγέτου πόδ' αὐγάζων. ἴδε λυγκεὺς δρυὸς ἐν στελέχει ἥμενος. Lemma in Med. B.

4. τοῦ τε Κάστορος καὶ τοῦ Πολυδεύκους Med. B.

5. οὖν δεῖν φησὶν Vat. B. — οὖν δεῖν φησιν Rom. sqq. — οὖν φησὶ δεῖν Med. B. — οὖν δεῖ, φησὶν, Heynio auctore Boeckhius. Causam non video cur Infinitivus ferri non possit, qui pendet ex φησίν, ut ad Nem. XI, 1 φησὶ λαχεῖν et saepius.

6. ὀξυτόνως τοῦ ἡμένος ὡς ἡρμένος Vat. B. Med. B. — ὀξυτόνως τοῦ ἡμένως ὡς ἡρμένως Rom. Brub. P. Steph. — ὀξυτόνως, τοῦ ἡμένως, ὡς ἡρμένως Oxon. Beck. Heyn. — ὀξυτόνως ἡμένος ἢ διὰ τοῦ $\overline{ως}$ ἡμένως Boeckh.

7. ἡμένος. ἀντὶ τοῦ ἡμένους Med. B. (optime), Boeckh. (praeeunte Heynio). — ἡμένως (compendiis in Vat. B. scriptum, tamen certum), ἀντὶ τοῦ ἡμένους Vat. B. Rom. sqq.

8. ὡς ἀελλόπος καὶ τρίπος. οὐχ' ἕδος ἐστὶ Med. B. (optime), Boeckh. (auctore Heynio) — ὡς ἀελλόπωσ καὶ τρίπωσ. οὐχ ἕδως ἐστὶ Vat. B. (supra $\overline{ως}$ syllabam ter adscripto ab eadem manu compendio syllabae $\overline{ους}$) — ὡς ἀελλόπως, καὶ τρίπως. οὐχ ἕδως ἐστὶ Rom. sqq.

9. γράψαντα omissum in Med. B.

11. Ex vitio Vat. B. ποσὶ ταχέσσι maius etiam vitium Romanae ποσὶ τὰ χέσσι exortum — ποσὶ ταχέεσι Med. B. — ποσὶ ταχέσσι Brub. — ποσὶν ταχέεσσι P. Steph. sqq.

14. εἰν ὀφθαλμοῖσιν Vat. B. Rom. sqq. (asterisco notatum in Brub.) — δεινοῖς ὀφθαλμοῖς Med. B., et sic Tzetzes uterque in Schol. ad Lycophr. v. 511 et Chiliad. 2, 711 sqq. nisi quod recte δεινοῖς ὀφθαλμοῖσιν (Vitemb. 3 δεινοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν) habent. — Fugit hoc de Tzetzarum lectione

viros doctos, ut versiculum varie tentarent; sic Heyn. *ὀφθαλμοῖσιν ἔσω κοίλης δρυὸς ἡμένω ἄμφω*, Boeckh. *ὀ. ἔ. δρυὸς ἡμένω ἄμφω κοίλης*.

16 sq. *νύξε δ' ἄρ. ἀγχίστωρ ἐλόχα*. Vat. B. Rom. — *νύξε δ' ἄρ ἀγχίστωρ ἐλόχα*. Brub. (signo lacunae addito asterisco) — *νύξε δ' ἄρ'. Ἀγχίστωρ ἐλόχα*. P. Steph. Ox. (in Ox. omissa post *ἐλόχα* distinctione). — *Νύξε δ' ἄρ' . . . . . Ὁ Κάστωρ ἐλόχα* Beck. sqq. – *νῦξε δ' ἄρ' ἄγχιστα μεγάλαν δρῦν, καὶ τὰ ἑξῆς. ὁ μὲν οὖν Κάστωρ ἐλόχα* Med. B. (optime). — Omissum est hoc septimi versiculi initium apud Tzetzas l. l. — *νύξε δ' ἄρ' ἄγχι στὰς* [*τὸν Κάστορα*]. *Ὁ Κάστωρ* conj. Heyn. (ad Pind. h. l. et ad Apollodor. 3, 11, 2).

18. *ὥστε καὶ διὰ λίθων* Med. B. — 19. *περισκοπῶν* Med. B.

Hinc unum planissime efficitur. Illud *τοῦ ἡμένος ὡς ἠρμένος* (6), quod in codd. mss. sine labe erat scriptum (nisi quod nullo potius accentu scribi oportebat *ἡμενος*), cum Zacharias prava sagacitate in *τοῦ ἡμένως ὡς ἠρμένως* corrupisset, posteriores editores (Oxon. Beck. Heyn.) etiam corruptius reddiderunt immutato in voce *ἡρμένως* spiritu; denique audax et infelix coniector Boeckhius ita detorsit ut aenigma esset quovis Oedipo maius. En minutis vitiis cumulatis facillima verba ad ineptias deformata. Nam per totum scholion nulla mentio movetur de exitu vocum in $\overline{ως}$, sed Didymus, ut quid de accentu vocis *ἡμενος* fieri velit melius intellegatur, exemplo affert aliud verbum participale (*ἠρμένος* i. e. *sublatus*), quod in $\overline{μενος}$ desinens accentum in paenultimam recipiat, nihil aliud. Fraudi erat Calliergo et quod h. l. ex ed. Aldina Triclinianam scripturam *ἡμένως*[19]) in suum textum transcripserat, et idem error sive librarii Vaticani sive eius archetypi, quo paulo post (7. 8) cum ipsam formam *ἡμένος* tum tres insequentes voces Homericas, quibus ad suam rem probandam utitur grammaticus, in *ἡμένως, ἀελλόπως, τρίπως, ἕδως* conversas habebat. Hinc proficiscens eandem syllabam $\overline{ως}$ etiam ad praecedentia verba transtulit: debebat potius invertere rem et ad priorum exemplum corrigere posteriora. *Ἕδος* quod affertur ex Homeri versu (Patroclus loquitur):

οὐχ ἕδος ἐστί, γεραιὲ διοτρεφές, οὐδέ με πείσεις (*Λ* 648),

cui similis est alter (Iridis sunt verba):

οὐχ ἕδος. εἶμι γὰρ αὖτις ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥέεθρα (*Ψ* 205),

eo spectat quod fuerunt qui *οὐχ ἕδος* elliptice pro *οὐχ ἕδους καιρός* vel *οὐχ ἕδους φροντίς* dictum vellent: cf. Schol. Victor. ad *Λ* 648 *Ἕδος, ἀντὶ ἕδους, ὡς τρίπος*. Quo nescio an non pertineant ambigua verba Eustathii ad l. l. (p. 872, 60 = 3, 69, 23 ed. Lips.) *καὶ σημείωσαι, ὅτι ἕδος ἐνταῦθα οὔτε ἔδαφος οὔτε ἡ καθέδρα αὐτή, ἀλλ' ἔχει τι ὁ λόγος ἐλλείψεως, ἵνα ᾖ ὅτι οὐ νῦν καίριον ἡ καθέδρα*, cum de ellipsi non nominativi *καιρός* sed praedicati *καίριον* agere videatur Episcopus comparanti ea quae altero loco (p. 1295, 57 = 4, 278, 4 ed. Lips.) aliquanto planius et sanius disserit: *τὸ δὲ οὐχ ἕδος, καθὰ καὶ ἀλλαχοῦ, οὕτω καὶ νῦν ἀντὶ τοῦ οὐ καθέδρα, ἤγουν οὐκ ἔστιν ἕζεσθαι. Σοφοκλῆς δὲ σαφέστερον φράζει ἐν τῷ οὐχ ἕδρας ἀκμή* (Ai. 811). Sed Hesych. v. *Οὐχ ἕδος*] *οὐ καιρὸς τοῦ καθέζεσθαι, οὐ καθέδρας φροντίς* (cf. ib. v. *Ἕδος*] . . . . . *λόγος, φρόντισμα, ὥρα*); Schol. D. (Bessar.) ad *Λ* 648 *οὐκ ἔστι καιρός μοι νῦν τοῦ καθέζεσθαι. ἕδος γὰρ ἡ καθέδρα*; Paraphrastes Homeri utroque loco *οὐ καιρός* (*ἐστί μοι*) *καθέδρας*, eandem opinionem imbibisse videntur. Aliter magistro Didymi Apollonio de *οὐχ ἕδος* fuisse persuasum fidem faciunt quae in Lexico ille (62, 17) *ἕδος . . . ποτὲ δὲ ἐπίρρημα, ἀντὶ τοῦ ἑδραστέον. οὐχ ἕδος· εἶμι γὰρ αὖθις ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥεέθρων* (?). — Utut est, nihil

19) Triclinius formam in $\overline{ως}$ desinentem et h. l. et Ol. 1, 53 et Nem. 3, 24 requisivit. Vide ed. meam ll. ll. et disertum Triclinii testimonium de $\overline{ως}$ pro Dorico illo $\overline{ος}$ substituendo in Scholiis ad Ol. 1, 84 vulg. (ed. Boeckh. pag. 35, 7—9): *Κακηγόρως*] *Δωρικὴ ἡ ἀνάγνωσις· ἀεὶ γὰρ ἡ αἰτιατικὴ παρ' αὐτοῖς διὰ τοῦ ω μεγάλου ἐκφέρεται· τὼς λύκως γὰρ ὁ Θεόκριτος· οὐ χρὴ τοίνυν μικρὸν γράφειν τὸ* $\overline{ρος}$, *ὥς τισιν ἔδοξε. μακρὰ γὰρ ἡ τοιαύτη συλλαβὴ ὀφείλει εἶναι.* Cf. Ahrens de dial. Dor. p. 157. 172 sq.

mirum, si verba Didymi temere interpolata censeas absurdo exemplo, quod ne coniunctione quidem cum reliquis copulatur; exspectes certe οἷον καὶ τὸ vel simile quid. Nec diserte cum Didymo nisi Scholia Victoriana consentiunt. Ambiguum igitur manebit, vetustaene hic fuerit an novitiae doctrinae error.

Sed alia restat eaque gravior dubitatio de his Didymi verbis. Cum enim initio dicit (4 sq.), 'etiamsi ambo Dioscuri sub robore vitae Apharetidarum insidias fecissent, unum tamen Castorem a Lynceo dispectum esse', speciem praebet assentientis Aristarcho eiusque discipulis, qui ἥμενον apud Pindarum reposuerint. Cum vero pergit (5 sqq.), 'fortasse[20]) igitur ἡμένος scribendum esse ut hoc sit pro ἡμένους et ad ambos Tyndaridas referatur', apparet contrarium dicere grammaticum eique non Singularis sed Pluralis numeri Accusativum probari. Uno igitur eodemque quasi spiritu ipse sibi repugnat, idque eo magis quod hoc ex illo efficere conatur (οὖν, igitur). Difficultatem expediturus Bergkius olim (in ed. 2.) statuit alios fuisse qui cum Aristarcho ἥμενον alios qui cum Stasino ἡμένους in locum traditae lectionis ἥμενος substituerent, Didymum autem contra hos Aristarchi lectionem defendisse, eundem tamen etiam ἡμένος coniecisse. In quo et mera sumptio est fuisse ἡμένους scriptum (an a Cratete?) ante Didymum, et contra ipsam continuationem verborum repugnatur. Praefixum enim prioribus Didymi verbis (ἀμφοτέρων κτἑ.) cum legamus πρὸς οὓς φησι Δίδυμος post commemoratam Aristarchi et Apollodori sententiam, nequit fieri ut ea quae *contra* hos dixisse refertur *pro* eis dixerit. Nec si defendisset, inde causam sibi depromere potuit, ut impugnaret. Defensio igitur illa Aristarcheorum quam Didymum vir doctus agere existimat, nec cum πρὸς οὓς nec cum οὖν constat. Sensisse hoc apparet virum eximium, cum postea (in ed. 3.) dicat, ea quae in Scholiis legantur non satis prudenter ex antiquis commentariis decerpta esse, adversari Stasini locum Aristarcho, dissidere secum ipso Didymum. Idem tamen in extrema adnotatione dubitanter repetit ea quae olim proposuerat: fluctuasse Didymum, modo hoc modo illud commendasse. Nec felicius mihi cecidit, quod contra lectionem ἡμένος Didymum disputare opinabar (in ed. mea), cum μήποτε non modeste affirmantis sed dubitanter negantis esse putarem. Mihi vero nunc iterum hunc locum consideranti (nodum in scirpo quaesivisse videmur) nullam omnino fuisse apud Didymum defensionem Aristarchi persuasum est. Quare priora illa Didymi verba aut emendanda aut intellegenda sunt ita ut obloquentis sint non assentientis Aristarcho. Quid multa? Si οὐ μόνον scribis, Venereum est? Plana quidem sic omnia et luculenta, sed forti tantum medicamine sanata. Tu lenius quaere aut μῶν μόνον reponens aut praeter adiectum interrogationis signum nihil movens. Dubitatio enim, quae in hoc genere quaestionum est, maxime decebat Didymum, cum occurreret Aristarcho. Dicit igitur 'Cum *ambos* Dioscuros sub quercu delituisse e Cypriis constet, *unum* tantum Castora Lynceus conspexit? quare nescio an praestet reponere accusativum *Pluralis* numeri.' Nec impediam quin ita haec verba capias 'Cum *ambo* Tyndaridae sub robore essent, tamen *unum* tantum eorum Lynceus, ut ajunt Aristarchei, conspexit', ut per se ex ipso sententiarum oppositu intellegatur id fieri non potuisse. Attentius igitur et cautius haec verba Heynium, Hermannum, Boeckhium, Dissenum, Schneidewinum (quibus offensioni non fuisse videntur) legisse suspicor quam nos nequiores. Neque eam conciliationem institueris, ut dicas, Didymum oblocutum quidem esse Aristarcho sed ita oblocutum ut simul eius opinionem defenderet 'potuisse fieri ut solum Castora *videret* Lynceus, de altero *coniiceret* tantum Dioscuro, sed tamen fuisse sub robore ambos, quamobrem satius esse nihil nisi accentum traditae vocis mutare, ut ad ambos pertineat.'

---

20) Μήποτε i. e. ἴσως, quod Didymo maximo frequentari Mingarellius iam pridem observavit: cf. Sturz de dial. Maced. et Alexandr. p. 184; Casaubon. ad Athen. I p. 11 E. Legitur iam apud Aristotelem: cf. utilissimum librum Indicem Bonitzianum v. μή.

Talibus argutiis et locuples testis Stasinus et ipsa sententiarum Didymi forma et copulatio adversatur. Addamus tamen interrogationis signum, ne quis iterum in fraudem delabatur.

Cypriorum autem testimonium nequaquam adversari Aristarcho quis est quin videat? Cum in libris Pindari male scriptum inveniret ἥμενος, ut Lynceus (non Castor) in trunco roboris (et simul in monte Taygeto) consedisse diceretur, iure provocavit ad carmen cyclicum, quod non Apharetidas sed Tyndaridas sub quercu alteris insidiatos esse comprobaret. Nec eius referebat exputare quid inter unum Castorem et ambos Dioscuros interesset et cum de Castore solo ab Ida vulnerato Pindarum in iis quae proxime antecedunt verbis

τὸν γὰρ Ἴδας ἀμφὶ βουσίν πως χολωθεὶς ἔτρωσεν χαλκέας λόγχας ἀκμᾷ.

loqui videret, quae eius erat et artis et ingenii inaffectata simplicitas, Accusativum pro Nominativo substituens effecit ut Castor, non Lynceus in stipite collocaretur. Postmodo Didymus, et ipse hactenus cum Aristarcho faciens quod non Lynceum sed Dioscuros in arbore delituisse volebat, tum demum dubitatione de solo Castore excitata et Cypriis diligentius et traditae lectioni probabilius Pindarum conciliavit. Perfecit id quod alter inchoaverat. Id igitur convenit cum Aristarcho Didymo, ut uterque ad Cypriorum auctorem provocare possit.

De ipsa lectione utra potior sit ἥμενον an ἡμένος (ἡμένους) — ut quod abunde refutatum est ἥμενος missum faciamus — vel hodie dubitare licet. Nam ut dederis, ad corruptionem ἥμενος ex ἀρχαίᾳ σημασίᾳ quam viri docti ostentant explicandam summumque lyricum poetam ad cyclici normam dirigendum nihil magis conducere quam scitam Didymi emendationem, tamen negari non potest ad ipsam poetae narrationem ἥμενον videri et rectius dici et venustius accommodari. Aspice quemadmodum haec a Pindaro referantur. Non gemino bellum Troianum orditur ab ovo, ut scriptor cyclicus olim fecerit, sed ita rem invertit, ut ab ipso exitu fabulae proficiscatur, deinde singulas eius partes deinceps expromat, non solum emboliis (ut cum Goethio loquamur) retardans narrationem epico more, sed vel retrogrediens narrando, quae ars est lyricorum propria. Primo loco rem gravissimam ponit Tyndaridarum fatum, tum causam huius fati Castorem ab Ida vulneratum tradit, denique quomodo vulneratus sit uberius explicat. Narraturus igitur *Castoris* cladem Pindarus, si cum Aristarcho facimus, Postquam, inquit, a Lynceo in roboreo latibulo *conspectus est,* ambo Apharetidae in eum irruunt ut caedem perpetrent (et Idas hasta eum transfodit), sed statim poenas luunt, nam alter Tyndaridarum *accurrit aufugientes persequens* (αὐτίκα . γὰρ . . . ἦλθε διώκων)[21]) Pollux, qui ope divina adiutus adversarios conficit. Haec optime continuantur, ut sunt apud Apollodorum οἱ Διόσκουροι . . . τὸν Ἴδαν[22]) ἐλόχων καὶ τὸν Λυγκέα. Λυγκεὺς δὲ ἰδὼν Κάστορα ἐμήνυσεν Ἴδᾳ, κἀκεῖνος αὐτὸν κτείνει. Πολυδεύκης δὲ ἐδίωξεν αὐτούς κτἑ. (3, 11, 2, 4), qui etiam in reliquis Pindarum ipsius vestigiis persequitur. In his non habeo quod reprehendam, nisi quod Pindaro non omnino cum Cyclico convenit. Videntur autem Aristarchei hoc habuisse, Pindarum ita fabulam conformasse, ut Dioscuris non in eadem custodia collocatis Pollux postea demum percusso iam fratri superveniens e Laconica terra in Messeniacam profugientes sicarios insecutus sit. Sin cum Didymo ambos Ledae filios poetae sub quercu delituisse existimamus, et minus aptum est ἦλθε, et minus commode haec narrantur. Relinquitur enim dubitatio, quid Pollux fecerit, cum frater ab adversario feriretur, num manum con-

---

21) Sch. ad 118, 4. εὐθέως γὰρ ἦλθεν ὁ Πολυδεύκης τοῦ ἀδελφοῦ πεσόντος· οἱ δὲ ἐλθόντι αὐτῷ ἀνθυπέστησαν ἐξ ἐναντίας . . . .

22) τὸν Ἴδαν ὑπὸ δρυῒ ἐλόχων vulgata lectio videtur esse interpolata. Heynius observat 'ὑπὸ δρυὶ verba absunt a codd. P. V. M. D. Regg.' — Muelleri non moverunt, Westermannus ὑπὸ δρυῒ ex hoc loco (Scholii?) Pind. illatum existimat, ille et Hercherus omiserunt. Et recte omitti puto ex mente Aristarchi.

seruerit cum altero Apharetida, an spectatorem certaminis egerit. Putabant fortasse Didymei[23]) lyricos fabulatores saepius si non manca et hiantia tamen adumbrata tantum et imperfectiora loqui. — His causis permotus in ed. mea *ἥμενον* praetuli. Quodsi erravi, cum Aristarcho erravisse minus pudebit.

Sed ut ista saniora sunt quam quae scrupulum tibi iniicere debuerint, ita viri docti, quod quis demiretur, neglexerunt videre, in extrema parte potius haec scholia aut repugnantiam manifestam continere aut adeo mutila et perversa esse ut audacioris correctionis indigeant. Nam quae interpres ille profert de *Lynceo,* non solum eius oculis conspectum sed etiam eius hasta transfixum esse Castorem (19. *Λυγκεὺς . . . . ἔτρωσε λόγχῃ*), cum poeta idem de *Ida* memoret (vs. 60. *Ἴδας . . . . ἔτρωσεν χαλκείας λόγχας ἀκμᾷ*), ea aut Pindaro absona dicuntur aut haplographico errore corrupta sunt. In his commentariis ne dicam in omni hoc genere librorum qui multam eiusdem verbi et sermonis iterationem habent plurima sphalmata ex oculorum ad eadem vocabula aberratione exoriri neminem fugiet qui hanc crisin expertus erit. Puto igitur verba *τὸν Κάστορα* bis posita tanquam ansas dedisse librario ad peccandum. Quae interciderint, ad verbum nemo, ad sententiam quilibet dicere potest. Fuerint taliacumque: *ὁ δὲ Λυγκεὺς . . . . ἰδὼν διὰ τῆς δρυὸς τὸν Κάστορα [καὶ τὸν Πολυδεύκην], ἐμήνυσε τῷ Ἴδᾳ· οὗτος δὲ* (vel *καὶ ἐκεῖνος*) *τὸν Κάστορα ἔτρωσε λόγχῃ*, si exscripserit Apollodorum. Vel si plura mavis et accuratiora *παρεγένετο σὺν* (a quo non refugiunt huius aetatis scriptores) *τῷ ἀδελφῷ· οὗτος δὲ ὁ Ἴδας τ. Κ. ἔ. λ.* Vel *ἐμήνυσε τῷ ἀδελφῷ. καὶ ἄμφω μὲν ὡς τάχιστα παρεγένοντο ἐκεῖσε, ὁ δὲ Ἴδας τ. Κ. ἔ. λ.* Non recte autem, quantum sentio, ad id quod postea (ad 118, 2) Sch. habet *τρώσαντες* provocabis, quod is neglegentius de ambobus Apharetidis usurpat, cum Pindaro auctore in solum Idam cadat. An quae uncinis seclusi verba *καὶ τὸν Πολυδεύκην* scripta fuerint, iure ambigas. Nam cum hic Sch. antea (17 sqq.) de Castore tantum locutus sit, ambos vero Dioscuros postea demum (20) commemoret, speciem habet conciliantis Aristarcho Didymum et in medio relinquentis, utrum *ἥμενον* an *ἡμένος* rectius scribatur. Primum rem tradit tanquam de sententia Aristarchi (*ὁ μὲν Κάστωρ ἐλόχα . . . ἐν κοίλῃ δρυῒ κρυφθεὶς . . ὁ δὲ Λυγκεὺς ἰδὼν διὰ τῆς δρυὸς τὸν Κάστορα*), tum addit id quod videtur favere Didymo (*ὁ Λυγκεὺς ἐθεάσατο αὐτοὺς ἐγκαθεζομένους ἐν στελέχει δρυὸς καὶ ἐλλοχῶντας.*) Ea non tam inter se pugnare existimo quam consulta quadam neglegentia et ambiguitate dicta esse, quasi susque deque haberet istius modi differentias, ut utrisque et Aristarcheis et Didymeis satisfieret. Illi enim haec ita intellegere poterant, ut interpres (et ipse poeta) de uno Tyndaridarum loquens alterum simul audiri vellet, hi rursus credere de Castore agi ut qui primas partes egisset, non quo solum Lynceus conspexisset. Quamquam Aristarchi mentem sic parum assecutus est is qui expilatis aliorum commentariis hoc scholion concinnavit. Neque aliter Tzetzae fecisse videntur (vestigia puto huius Scholiastae legentes) cum l. l. narrarent *οἱ Διόσκουροι . . . . ἐκείνους ἐλόχων. Κάστωρ δὲ καὶ Πολυδεύκης ἐκρύβησαν στελέχει δρυός. Λυγκεὺς δ' ἰδὼν Κάστορα, ἐμήνυσεν Ἴδᾳ, ὁ δὲ κτείνει αὐτόν. Πολυδεύκης δὲ διώκων αὐτοὺς κτἑ.* — Qui vero contra dicunt putantque haec verba quae post laudatum Stasini locum legantur *Paraphrastae* esse ideoque diversae fortasse et sententiae et lectionis vestigia prodere, me iudice nihil agunt. Omnia in hoc scholio satis bene concinunt. Is qui composuit primum de antiquis Criticis refert. Aristarchum, cum *ἡμενος* scriptum invenisset et pro nominativo habuisset, Pindarum Cypriis conciliaturum *ἥμενον* substituisse, neque aliter hoc legisse Apollodorum Aristarchi discipulum; quibus oblocutum Didymum admonuisse de Stasini loco diligentius considerando, ambos ei

23) Inter quos fortasse etiam Tzetzae numerandi sunt; cf. Schol. ad Lycophr. 511. *οἱ Διόσκουροι . . . ἐκείνους ἐλόχων. Κάστωρ δὲ καὶ Πολυδεύκης ἐκρύβησαν στελέχει δρυός.* Sed pergit *Λυγκεὺς δ' ἰδὼν Κάστορα, ἐμήνυσεν Ἴδᾳ· ὁ δὲ κτείνει αὐτόν. Πολυδεύκης δὲ διώκων αὐτούς κτἑ.*, ut quae ab Apollodoro mutuati esse videntur, Aristarchi sententiam referant, quae ipsi (vel ex Scholiis Pind.) addiderunt, Didymi.

Castores non unum sub quercu fuisse; quidni praestaret retinere quod traditum haberent ἥμενος, sed mutato accentu παροξυτόνως scribere ἡμένος (ut ἡρμένος) ut hoc ad ambos pertineret idemque valeret quod ἡμένους; saepius enim ος pro ους poni, ut in ἀελλόπος et τρίπος. Tum utrique interpretes suae causae dicuntur testem adhibuisse Stasinum, ut probarent, illi non Lynceum sed Tyndaridas, hi non unum Castorem sed ambos Dioscuros sub quercu fuisse. (Tolle igitur paragraphi signum ab edd. ante παρατίθενται interpositum). Prolatis Cypriorum versibus postremo, ut suam interpretationem subiiciat, ipsam fabulam secundum Pindarum (et Stasinum?) enarrat, non novam doctrinam expromens sed priorum grammaticorum sententias ambigua quadam neglegentia complectens. Sic tota argumentatio recto itinere progreditur.

Insigne **Cypriorum fragmentum** (8 ed. Paris.), quod hoc loco propemodum solo servatum est — nam Tzetzae id ex hoc ipso scholio desumpsisse videntur — ope codicis Medicei optime restitutum est. Vs. 5. vitiosa scriptura codicis Vaticani (vel eius archetypi) quam ed. Romana exprimit (*εἰν ὀφθαλμοῖσιν*) postquam variis coniecturis inutiliter tentata est, id quod verum est *δεινοῖς ὀφθαλμοῖσιν* non nunc demum ex Mediceo libro cognoscitur sed iam pridem ex Tzetzarum lectione patuit unde et ipse Heynius in Observv. ad Apollodorum exscripsit (p. 291 ed 2.). — Vs. 7. vide quomodo extrema verba casu fortuito interciderint. Vitium codicis Vaticani, quod scrupulose imitatus est Calliergus, inde ortum, quod librarius vel illius vel superioris libri, aberrantibus ab *ιστ* (*ἄγχιστα*) ad *αστ* (*Κάστωρ*) oculis, dispares voces una confudit, ut esset *ἀγχίστωρ*. Posteriores editores nihil admodum mutarunt, nisi quod Brubachianus signum lacunae addidit, Beckius satis incommode *ἀγχίστωρ* in *ὁ Κάστωρ* convertit, subtilius Heynius ante *ὁ Κάστωρ* in versu *ἄγχι στὰς* adiici iussit. Non potuerunt melius facere ope codicum destituti; adeo Heynius (in quo plus erat ingenii quam in multorum professorum qui hodie sese extollunt congerie) libri Medicei lectionem non tam praecepisse coniectura quam superasse videbitur. Tolerabile quidem, quod ad numeros et ad sententiam attinet, *ἄγχιστα*, sed *ἄγχι στὰς* ad ipsam narrationem aptius et expressius. Ceterum quod e codice enotatum habeo *μεγάλαν*, si est ibi forma Dorica, non alienum id vitium ab hoc libro est, qui et in exitu vocabulorum et de dialecticis saepe peccat. Hoc genus errores omnibus Pindari librariis familiares sunt. — Prodit igitur aliquanto integrius hoc fragmentum carminis antiquissimi, et ad memoriam pugnae inter Aphareτidas et Tyndaridas commissae, quemadmodum in Cypriis repraesentata erat, nova res accedit, qualiscumque fuit. Quaeritur enim uter miserit telum, Lynceus an Idas. Si Idas (ut suppleas versum per *ἄλκιμος Ἴδας* vel *ἔγχεϊ μακρῷ* (*ὀξέϊ δουρὶ*) *Ἴδας*), unus tantum apud Stasinum ut apud Pindarum feriisse Castorem, sed idem per ipsam arborem hastam direxisse videbitur; si Lynceus, uterque coniecisse, et prior Lynceus non solum oculis sed etiam iaculo pervasisse lignum roboris, sed deerrante vel inhaerente cuspide non feriisse, deinde Idas iterum hasta in hostem ingesta mortale vulnus inflixisse. Nam Stasinus mortuum esse Castorem et miraculo revixisse voluit (quod colligitur e Procli verbis *καὶ Κάστωρ μὲν ὑπὸ τοῦ Ἴδα ἀναιρεῖται*), Pindarus animam agentem iamque a morte proximum in vitam revocatum. Minuit igitur, non eximit rem miraculo. Quid si idem attenuavit prodigiosam Lyncei facultatem perspiciendi? Veteribus aliter de Pindaro persuasum fuisse ostendit praeter huius loci interpretem Pausan. 4, 2, 7 et Schol. ad Aristoph. Plut. 210, nec credas verum vidisse Hemsterhusium, qui Scholiastae (ad Aristoph. l. l.) verba *δι' ἐλάτης ἰδεῖν* non ad haec Pindari *ἐν στελέχει δρυός* sed ad alium eius locum ex amissis carminibus spectare putavit. Sed hoc quamquam (sicut illud *δεινοῖς ὀφθαλμοῖσιν*) ad cyclicorum poetarum ingenium satis accommodatum est, qui non solum tumidius locuti esse Homero sed etiam mirabilius et magnificentius ornasse fabulas existimandi sunt (et licet tueatur quodammodo verba illa *ἔτρωσε* et *ἔτρωσαν* Scholiastae), tamen sive hoc sive plura affirmare hariolantis est.

Superest ut emendatiorem atque integriorem huius scholii faciem subiiciam. *Ἀπὸ Ταϋγέτου πεδαυγάζων ἴδε Λυγκεὺς δρυὸς ἐν στελέχει ἡμένος*] Ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ἀξιοῖ γράφειν ἥμενον, ἀκολούθως τῇ ἐν τοῖς Κυπρίοις· λεγομένῃ ἱστορίᾳ. ὁ γὰρ τὰ Κύπρια συγγράψας φησὶ τὸν Κάστορα ἐν τῇ δρυῒ κρυφθέντα ὀφθῆναι ὑπὸ Λυγκέως. τῇ δὲ αὐτῇ γραφῇ καὶ Ἀπολλόδωρος κατηκολούθησε. Πρὸς οὕς φησι Δίδυμος· ἀμφοτέρων ὑπὸ τῇ δρυῒ λοχώντων, τοῦ τε Κάστορος καὶ τοῦ Πολυδεύκους, μόνον ὁ Λυγκεὺς τὸν Κάστορα εἶδε; μήποτε οὖν φησι δεῖν ἀναγινώσκειν τὴν παραλήγουσαν συλλαβὴν ὀξυτόνως τοῦ ἡμενος (ὡς ἡρμένος), ἵνα κατ' ἀμφοῖν ἀκούηται· ἴδε Λυγκεὺς δρυὸς ἐν στελέχει ἡμένος· ἀντὶ τοῦ ἡμένους, δηλονότι τοὺς Διοσκούρους· ὡς ἀελλόπος καὶ τρίπος. [Οὐχ ἕδος ἐστί, γεραιέ, ἀντὶ τοῦ οὐχ ἕδους.] Παρατίθενται δὲ καὶ τὸν τὰ Κύπρια γράψαντα οὕτω λέγοντα·

Αἶψα δὲ Λυγκεὺς
Ταΰγετον προσέβαινε ποσὶν ταχέεσσι πεποιθώς.
Ἀκρότατον δ' ἀναβὰς διεδέρκετο νῆσον ἅπασαν
Ταντᾰλίδου Πέλοπος, τάχα δ' εἴσιδε κύδιμος ἥρως
Δεινοῖς ὀφθαλμοῖσιν ἔσω δρυὸς ἄμφω κοίλης
Κάστορά θ' ἱππόδαμον καὶ ἀεθλοφόρον Πολυδεύκεα.
Νύξε δ' ἄρ' ἄγχι στὰς μεγάλην δρῦν . . . . .

Ὁ μὲν οὖν Κάστωρ ἐλόχα τὸν Ἴδαν, φησίν, ἐν κοίλῃ δρυῒ κρυφθεὶς καὶ τὸν Λυγκέα. ὁ δὲ Λυγκεὺς ὀξυδερκὴς ὤν, ὥστε καὶ διὰ λίθων καὶ διὰ γῆς τὰ γινόμενα βλέπειν, ἰδὼν διὰ τῆς δρυὸς τὸν Κάστορα, (ἐμήνυσε τῷ Ἴδᾳ· καὶ ἐκεῖνος σὺν τῷ Λυγκεῖ παραγενόμενος, τὸν Κάστορα) ἔτρωσε λόγχῃ· ἀπὸ γὰρ τοῦ ὄρους περισκοπῶν ὁ Λυγκεὺς ἐθεάσατο αὐτοὺς ἐγκαθεζομένους ἐν στελέχει δρυὸς καὶ ἐλλοχῶντας. τοῦ γὰρ Λυγκέως ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους ὀξύτατον ἦν τὸ ὄμμα.

ad 118, 2. *περιεγένοντο*] *παρεγένοντο* scribendum est, quamquam de codd. nihil adnotavi. — 6 sq. verba *καὶ πέμψαντες τῷ Πολυδεύκει* absunt a Med. B., nec desiderantur, immo ridicula sunt. 8. *Πολυδεύκη* Med. B. — Ib. Perforata est charta inter *ὑποχωρῆσαι* et *πεποιήκασιν* in Vat. B., ut nunc nihil nisi *υ . . τ . . π . . ς* nec eae literae satis dilucide appareant. Inde profectum illud *ὑπὲρ τοῦ πατρὸς* ed. Romanae, quod Zacharias ad meram speciem scripturae non male, ad sententiam pessime excogitavit. Saepe vero in hoc homine nescias utrum laudes fidelissimum consilium an rideas putidam diligentiam et infaustam manum coniectricem. Seclusit Heynius; Hermannus aut *ὑπὸ τοῦ πέτρου* aut *ἀπὸ τοῦ τύμβου τοῦ πατρός* volebat; Boeckhius delevit. Fuerit *ὑπὸ τῆς στήλης*; nam (nisi fallit me ea quam olim delineando expressi huius loci imago) tertia quae adhuc non evanuit litera aut *π* est aut *στ* ligatum. — Med. B. vitiose cum alia h. l. (ut 7. *ὅτε* pro *οὔτε*) tum haec exhibet *ὑποχωρῆσαι εἰστουπρόσω πεποιήκασιν*, quod, cum Jonicum et recentius adverbium *ἐς τὸ πρόσω* sensum non habeat, scriptum videtur pro *εἰς τοὐπίσω*; id unquam in Vat. B. fuisse vix credibile est.

ad 129, 2. *τῷ τάχει, δόρατι* Rom. sqq. — Tacite correxit Boeckh. — *ἄκοντι θοῷ*] *δόρατι μακρῷ, ταχεῖ· ταχέως δὲ ὤφειλεν.* gl. Tricl. in *ά*, in quo codice nec ante nec post *ἄκ. θ.* distinctum est.

ad 132, 1. Lemma (quod in ed. mea dicere omisi) in Med. B. *ζεύσ δ' ἐπ' ἴδαπ' ἴδα πυρφόρον πλᾶξεν.* Unde fuisse antiquam lectionis diversitatem coniicias *ἐπ' Ἴδᾳ* et *ἀπ' Ἴδας*, quo pertinere videtur scholii initium: *οἱ μὲν ἐπὶ τῷ Ἴδᾳ φασίν, οἱ δὲ ἐν τῷ ὄρει τῇ Ἴδᾳ, ἵνα Ἴδην πᾶν ὄρος ὑψηλὸν ἀκούωμεν· οὐδὲ γὰρ νῦν τοῖς κατὰ τὴν Ἀρκαδίαν τελουμένοις ἡ κατὰ Τροίαν συντελεῖ.* Sed idem codex h. l. multa vitia habet tam manifesta ut referre supersedeam. — 3. *ὁ δὲ ζεὺς τὸν πυρφόρον* Med. B. — 5. *κρείσσονας* idem (sed 7. cum cett. *κρείττονας*). — 6. *ἀποδιοπομπεῖσθαι* [Vat. B.?] Med. B. Rom. Brub. P. Steph. Ox. — *ἀποδιαπομπεῖσθαι* Beck. Heyn. Boeckh. — Operarum sphalma Beckianae. Correxit Kayserus lectt. Pindd. p. 87. — 7. *ἡ μὲν γὰρ πρὸς* Med. B., recte.

ad 137, 1. ἀδελφοῦ βίαν lemma extr. Med. B. — 3. τὰς δὲ πνοὰς ἀποψυχρούμενον ἀπὸ τῆς φρίκης [Vat. B.?] Rom. sqq. — τὰς δὲ γονὰς (γοὰς?) ὑποψυχρουμένας ὑπὸ τῆς φρίκης Med. B. — Nec ὑποψυχροῦσθαι nec ἀποψυχροῦσθαι in Lexx. invenitur, sed ψυχροῦσθαι simplex in Epigrammate Stratonis (Anthol. 12, 7, 5) et apud Sch. Nic. Alex. 85; ὑπόψυχρος, κατάψυχρος, ἔμψυχρος, προψυχρίζειν, καταψυχραίνειν medicorum vocabula; ὑπέρψυχρος Luciani, περίψυχρος in gl. Solum ὑπόψυχρος (suffrigidus) aliquanto usitatius est, ut verbum inde factum praeferas. Vide Steph. Thes. Tamen de hoc verbo dubito, atque ὑπὸ (prae) magis aptum est quam ἀπὸ (ab).

Ut verba Pindari ἄσθματι δὲ φρίσσοντα πνοὰς ἔκιχεν expedirent, multa multi fecerunt interpretes, nec tamen verum assecuti sunt. Si cum Disseno facimus, Pindarus dicit Castorem a fratre inventum esse *aspero anhelitu laborantem propter difficultatem respirandi* (noch röchelnd). Dixerim quidem '*schon* röchelnd' potius, quia hoc opponitur priori membro οὔπω τεθναότα i. e. 'invenit Pollux Castorem nondum mortuum, sed *iam* animam agentem'. Sed nihil interest. Potuit autem idem Dissenus conversa hasta, ut aiunt, dicere '*difficultate respirandi laborantem ob asperum anhelitum*'. Est hoc idem per idem, πνοαί et ἄσθμα perinde sunt, nec melius locutus esset aut strictius Pindarus quam si e nostratibus unus creparet 'vor Athembeschwerden schon röchelnd'. Nec conveniunt cum hoc loco exempla quae v. d. ex Homero, Hesiodo, ipso Pindaro affert νῶτον φρίσσειν, αὐχένας φρίσσειν, nam πνοαί non membra sunt sed actio corporis. Iam accipe quam fluxum et propemodum nullum sit fundamentum huius lectionis πνοάς. Id quod in codd. mss. legitur, ἀμπνοάς vel ἀναπνοάς, speciem habet glossae in textum delapsae, πνοὰς autem, quod in nullo codice inventum est, Erasmo Schmidio debetur, qui lectione ἀναπνοάς versum turbari vidit. Nec displicuit hoc insequentibus grammaticis neque omnino placuit, cum non immerito in locutione φρίσσειν πνοάς offenderent, ita ut Pauwianum commentum φράσσοντα πνοάς (asthmate spiritum sibi intercludentem) Mingarellius probaret, Beckius in textum inferret. Fluctuabat Heynius, modo commendans Pauwii elegantiam (fuit scilicet ceteris Batavis truculentior, merum rus), modo Schmidianum (popularis sui) acumen ita defendens ut de palpitatione moribundi agi coniiceret. Sed cum G. Hermannus idem illud φρίσσοντα πνοάς ex Scholio revexit, idque Boeckhius (non laudato Hermanno) iteravit, nemo post hos heroas muttire ausus est, immo Dissenus acerrimum eiusdem lectionis propugnatorem egit et ut supra scriptum est eruditissimum. At vero ubi est in scholio πνοάς? Esto in Vat. B., quem doleo me h. l. non inspexisse, et est apud Zachariam, sed Zacharias ille mihi valeat. In Med. B. non fuisse constat, is aliud vocabulum habuit. Quid habuerit pro certo nego. Solas literas intuenti — nam librarius ambiguo ductu exitum vocis compendii fecit — aut γοὰς aut γονὰς scripsisse videbitur. Si esset vox γοή ut est γοάω, et horrere suspiriis aegrotum tam recte diceretur quam fluctibus mare vel minis verba apud Ovidium, requirerem quorundam hominum auxilium, qui hodie non solum magnum ad nihilum redigere sed etiam ex nihilo magnum facere edocti sunt, vel ad optimi poetae amicum provocarem,

Dem es bekannt, was die Gruft der dunkeln Wörter bewahret,

si esset vox γοή, dico, at nulla est, ut qui raram avem inde sibi elicere velit verear ut vel noctuam capiat. Sin γονὰς scribens de natura Castoris loqui voluit, hoc medicis relinquo. Tu vide an γέννας[24]) in scholio, γένυς (ut Hom. λ 320) apud poetam fuerit, ut loquatur de agitato gravi et trepido anhelitu inter maxillas, non puto de crepitu dentium aut de palpitatione moribundi, ut nec de genis horrore febrili refrigeratis, quae alterius interpretis sententia est. Cave autem credas prioris scholii verba πνευστιῶντα δὲ κατέλαβεν ex re Disseni esse, nam frequentativum illud πνευστιᾶν minime usurpatur de aspero morientis spiritu (röcheln), sed de agitato spiritu aut febricitantis aut post

24) Vel si Ἀττικῶς mavis, idem quod poetarum est, γένῦς.

concitatum cursum quiescentis (keuchen). Vide Aristot. Rhet. 2, 1 (p. 1357, 20 sq.) *ἐνδέχεται γαρ καὶ μὴ πυρέττοντα πνευστιᾶν* (ubi synonymum est *πυκνὸν ἀναπνεῖν*) et Epigramma Agathiae (Anth. Pal. 11, 382, 4) *καὶ θάμα δυσκελάδοις ἄσθμασι πνευστιόων* (de febri); plura et Lexx. dabunt et Index Bonitzianus. Ille igitur qui *φρίσσειν* ad tremorem ac trepidationem retulit rectius Pindarum intellexit quam alter qui ad frigus morientium. Cuius verba haec fuisse existimo:

[*ἢ οὕτως.*] *οὔπω, φησί, τὸν Κάστορα εὗρε τεθνηκότα, τὰς δὲ γέννας* (*γέννς*) *ἀποψυχρούμενον ὑπὸ τῆς φρίκης. καταψύχονται γὰρ οἱ νεκρούμενοι.*

Addo glossam *ἀναπνοάς* fortasse ideo minus apte quadrare in *γέννς* quia hic interpres cum priore Sch. consentiens non de genarum frigore sed de spiritu inter maxillas permeante Pindarum intellegi voluit. Quodsi per *τὰς παρειάς, τὰς γνάθους, τὰς σιαγόνας* interpretatus esset, ambigue scripsisset. Est autem *ἀναπνοή* et *ἀναπνοαί* (Athemzüge) tritissima vox, *πνοή* non item.

ad 142, 1. In Vat. B. est *λύ . . σ* i. e. *λύσισ* sed detrita charta ita evanidum ut ansam dederit Calliergo ineptae lectionis *λόγος* quam intactam reliquerunt Brub. P. Steph. Ox. — In Med. B. *ἔκλυσις.* — Beckius *λύσις* reposuit, sed interpretaturo vocem *λύσις* Pindari *ἔκλυσις* convenientius. — 2 extr. *ὦ βασιλεῦ*] *ὦ ζεῦ* Med. B.

ad 146, 1 sq. In lemmate codicis Vat. B. inter *Οἴχεται* et *τιμᾷ* expunctum est *σὺν* — in Med. B. nihil nisi *οἴχεται τιμὰ* et in eodem ut assolet longius lemma est *τατωμένῳ φωτί.* Tum pergit *τὸ τα[τω] μένῳ ἀντὶ τοῦ στερισκομένῳ· οὐδεὶς συμπονεῖ, φησίν, ἐὰν μὴ φίλος καὶ ἀγαθὸς φίλος· στερηθεὶς δὲ τούτου κτέ.* Obtrusum Scholiastae *ἀδελφός* (quod Rom. sqq. habent pro altero *φίλος*) nescio an absit a Vat. B., quem h. l. non contulisse videor. — 3. *ἀνδρὶ γὰρ τῶ* (i. e. *τῷ*) *φίλων στερισκομένω* Med. B. — 5. *συμπράττοντος* Med. B. — Ib. In Vat. B. (ligatis literis) infra *γενόμενος*, supra *γινόμενος*, unde hoc solum apud Calliergum exstitit. Correxit Boeckhius. In Med. B. *γενόμενος* solum.

ad 147, 1. Vitium lemmatis in Med. B. *παῦροι' ἂν* pro *παῦροι δ' ἐν* ad maiusculam scripturam probabiliter refertur. Iam in ed. mea commemoravi. — 4. *ὀλίγων* (correctionem Heynii) uterque codex confirmat — *ὀλίγον* (Rom. sqq.) ex compendio syllabae $\overline{\omega\nu}$ (quo compendio h. l. codex Vat. B. utitur) male lecto aut intellecto ortum. — *οὐδὲ ὀλίγων ἀνθρώπων* (omisso *δὲ*) Med. B.

ad 150, 1. Etiam lemma codicis Med. B. (quod adde ad ed. meam) male *τόν δ' ἔπειτα* pro *τόνδε δ' ἔπειτα* habet ut h. l. innumera id genus vitia alia. — 5. sq. *ὁ μέντοι Ἡσίοδος οὔτε Λήδας οὔτε Νεμέσεως δίδωσι τὴν Ἑλένην, ἀλλὰ θυγατρὸς Ὠκεανοῦ καὶ Διός.* optima et facillima lectio utriusque libri Ms. (excepto quod codex Med. B. in *τ(ῆς?) τε λήδας* — sed ipse se revocavit *οὔ* supra scribens — et *τοὺς* (sic) *ἑλένην* peccat), quam cum Zacharias, exitu vocis *θυγατρὸς* (solito compendio utitur in Vat. B.) male lecto, in *θυγατέρα ὠκ. καὶ δ.* demutasset, mirifice vexavit editores, ut aut quod proxime verum est *Ὠκεανίδος καὶ Διός* (Heyn. ad Apollod. 3, 10, 7. p. 285) aut tota via aberrantes *θυγατέρα Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος* (Boeckh. Göttling.) scriberent. Iam soluta quaestione constabit **Hesiodum** Helenam Oceani filia et Iove prognatam edidisse, quod et mythologis gratum erit et Hesiodum tractaturis: cf. Fragm. Hes. LI (108) Goettl.

vs. 81 = 152. Verba *ματρὶ τεᾷ πελάσαις* apud Tricl. (cod. *α'*) cum antecedentibus iuncta sunt.

ad 153, 1 sqq. Quantum ex meis schedis colligo, nihil salutis afferunt codd. mutilo textui *ὄλυμπον ἐθέλεις σύν τ'.* Cum certum inveniri non possit, quid poeta scripserit, praestat in simplicioribus acquiescere, ut in emendatione aut Boeckhii *ναίειν ἐμοί* aut Benedicti *οἰκεῖν ἐμοί*, quam aliquatenus praeceptum esse a Triclinianis (sive discipulis sive magistro sic praecipiente de lacuna, cuius non immemor fuit, explenda) ex mea ed. cognoscere in promptu est. Quod tum excogitavi *νέμειν μέλλεις ἐμοί*, commendatur quidem facilitate peccandi, si quis ΟΛΥΜΠΟΝΕΜΕΛΛΕΙϹ (with ΙΙ written above), quod, supra scripta syllaba

ειν et geminis literis semel positis, *Ὄλυμπον νέμειν μέλλεις* significabat, pro *Ὄλυμπον ἐθέλεις* accipiebat, sed idem non explicat omissionem pronominis *ἐμοί*, quod e scholio arcessendum esse plurimi consentiunt. — Sed nova lectio videtur quodammodo existere e scholio vs. 86, cum (4) non solum Romana sqq. *πάντων τε καλῶν*, sed etiam Vat. B. et Med. B. *πάντων τὲ καλῶν* habeant. Heynium secutus Boeckhius *πάντων δὲ καλῶν* in scholia invexit. Saepe autem *τε* in codd. scribitur *τὲ*, praeeunte aut paroxytono aut perispomeno, ut nullum inde permutationis indicium emergat. In textu omnes *δὲ* exhibere existimo, cum de Vat. B., Aug. C., Med. B. nihil adnotatum habeam, ut nec de Triclinianis.

vs. 85. etiam *α′* habet *τούτων* (sine *μέν*) — Hm. sqq. non *τῶν μὲν* sed *μὲν τῶν* scribunt — recte nunc Bg.[3] *τούτων* reposuit.

ad 166, 1. verba *ταῦτα τοῦ Διὸς* (quae possunt abesse) omissa sunt in Med. B.

ad 168, 1. *δηλονότι* om. Med. B. — 3. *ἔπειτα καὶ τὴν φωνὴν ἀνέβαλε τῷ σώματι τοῦ χαλκομίτρα Κάστορος*: Med. B. — vulg. *ἐνέβαλε τοῦ* (om. *τῷ σώματι*). Cum *ἀν* et *ἐν* persaepe a librariis inter se permutentur, non dixerim *ἀναβάλλειν* h. l. idem esse quod reficere, resuscitare neque ideo *τῷ σώματι* damnaverim. Videtur potius voluisse *ἐνέβαλε τῷ σώματι* idque vulgatae lectioni praeferas.

ad vs. 90 extr. glossa Triclinii (in *α′*) est *τοῦ χαλκῆν ἔχοντος ζώνην, ἤγουν τοῦ ἰσχυροῦ*. Nescio an dormitaverim, cum hanc ed. meae plagulam corrigerem; sin minus, cum hanc glossam olim exscribens *ἐχθροῦ* pro *ἰσχυροῦ* ponerem, peccavi.

Ad Nem. XI.

ad Metr., 7. In versu *Archilochi* (fr. 97 (84) Bergk[2]) *ἐδαισάμην* Vat. B. Boeckh. — *ἐδάσαμεν* Med. B. — *ἐδασάμην* Rom. sqq. — (in eodem versu apud Schol. ad Ol. XII. Metr. 7. *ἐδαισάμην* Vat. B. Boeckh. — *ἠδαισάμην* Rom. sqq. — *ἐδασάμην* Beck. Heyn. — Med. B. non contuli eo loco; — et ad Nem. VIII. Metr. 17. *ἐδαισάμην* Vat. B. Boeckh. — *ἐδασάμην* Med. B. Rom. sqq.) — 9. Post *δίμετρον ἀκατάληκτον* editor Brub. de suo adiecit haec (**Ἐν τοῖς Ἄλδου, ἡ στροφὴ καὶ ἀντιστροφὴ ταύτης τῆς ᾠδῆς εἰς ἑπτὰ κῶλα διαιρεῖται, τοῦ β′. μεριζομένου εἰς δύο. ὧν τὸ ά ἐπιχοριαμβικὸν δίμετρον ὑπερκατάληκτον. τὸ δὲ γ′. ἀναπαιστικὸν μονόμετρον ὑπερκατάληκτον.*,*) quae posteriores edd. suo iure omiserunt. — 12. *τῷ ά τῆς στροφῆς*] *τῷ β′ τῆς στροφῆς* Med. B. — 14. *τῷ δ′ τῆς στροφῆς* Boeckh. — *τῷ πρώτῳ τῆς στροφῆς* Vat. B. Rom. sqq. — *τῷ β′ τῆς στροφῆς* Med. B.

ad Inscr., 1. Titulus *ὅτι οὐκ ἐχρῆν τὴν ᾠδὴν ταύτην εἰς ἐπινίκους συνενῶσθαι* a Vat. B. et Med. B. abest. Quippe, omnes enim eiusmodi frontes et titulos (ut Metricorum *περὶ τῶν κώλων κτἑ.* et *περὶ τῆς ἐπῳδοῦ αὐτοῦ*) de suo his scholiis affinxit Calliergus. Obtrusit idem in sqq. (2) Didymo suae Graecitatis barbarum vocabulum *συνενῶσθαι*, ut scilicet hoc idem valeret quod *συνηνῶσθαι* vel *συνενοῦσθαι*, sed vel sic a Didymeae aetatis sermone alienum. In Vat. B. et Med. B. legitur *συνεῶσθαι* i. e. contrusum, compulsum, compactum esse, quod verbum *συνωθεῖν* cum *εἰς* coniunctum (ut *συντάσσειν* 16), optimae aetatis philosophis familiare est. Vide Steph. Thes. et Ind. Bonitz. — 3. *περιχώρους*] *παρὰ χώρους* Vat. B. — *παραχώρους* Med. B. (?) — *περὶ χώρους* Rom. sqq. — *περιχώρους* Heyn. Boeckh. — Ib. non distinguunt post *π. χ.* Vat. B. [Med. B.]. Rom. sqq. — distinguunt (et plene) Heyn. Boeckh. iidemque post *γεγράφθαι* addunt *δέ*, quod ab utroque cod. et a Rom. sqq. abest. Nec video quid melius fieri possit, nam si eum qui haec concinnavit putes inde ab *ἀλλὰ* ad

obliquam orationem relabi, quaeritur quid sibi velit *παρὰ χώρους*, cuius locutionis (ut sit idem cum *παρὰ καιρόν* vel *παρὰ τόπον*) nullum exemplum inveni, quamquam multa perlegi ut usum praepositionum cognoscerem, neque ignoro poetarum vocem *χῶρος* non solum a serae aetatis scriptoribus (ut Malcho, Genesio) maxime frequentari, sed iam inde a Polybio aliquanto saepius inveniri. Ut res sine vulnere confiat, idem vitium in voce *περιχώρους* infra (19) recurrit. Tamen in Vat. B. utroque loco *παρὰ* legitur, nisi me fefellerint notae praepositionum. — 6. Ante *σημαίνεται* in Med. B. omissum est *δὲ*, ut alterum asyndeton admittat is qui haec conquisivit. Utitur et infra breviloquentia in *τετάχθαι* (17). — 8. In vs. 23 = 29 vulg. *ἐν* om. Med. B. et *πειρᾶσαι* idem pro *πειρᾶσθαι*. Id praetermisi in adnot. ed. meae, nam iidem duo versiculi, qui in textu Med. B. (omniumque qui ex eo pendent) desiderantur, h. l. inter scholia leguntur. — 11. *Νέμεα* Vat. B. Rom. sqq. — *Πύθια* Med. B. — 12. In vs. 24 sq. = 30 sq. vulg. *μολὼν ὄχθῳ* Med. B. Rom. sqq. — *μολῶν* (vel [ὁ]*μιλῶν*) *χ̊ῳ* (i. e. *χρόνῳ*) Vat. B., male. — 12 sq. In vs. 26 = 32 sqq. vulg. *θηρίων τῶν ἐνόστησ' ἀντιπάλων* Vat. B. — *θηριώντων ἐνόστησ' ἀντιπάλων* Med. B., recte — *θηρίων ἐνεστήσατ' ἀντιπάλων* Rom. sqq. Error Calliergi nondum correctus est, quem ille commisit, cum h. l. non codicem suum sequeretur sed Aldinam editionem consuleret (ea enim *ἐνεστήσαντ'* habet). Nec potuit ad suam ipsius editionem prospicere, quoniam insequens plagulá nondum typis mandata erat. — 13. *δόξαν* Med. B. Rom. sqq. — *δόξαν ὅτι* Vat. B., male. — 14. *εἰς Πυθὼ καὶ Ὀλυμπίαν* Vat. B. Med. B. (nisi quod ille *πυθῶ*, hic *πυθὼ*) — *εἰς Πυθῶνα καὶ Ὀλ.* Rom. sqq. male, nam *Πυθῶνα* poetarum est. — Ib. *ἀνταγωνιστῶν* Rom. sqq. — — *συνανταγωνιστῶν* Vat. B. Med. B. Apud Platonem (Alc. I, 33 = 15. p. 119, D) ex optimis libris pro vulgata lectione *μὴ συνανταγωνίζεσθαι* scribitur *μὴ ἀξιοῦν ἀνταγωνίζεσθαι*, itaque hanc vocem bis compositam e lexicis eiici iussit Buttmannus. Tu rursus iniice *συνανταγωνιστής*, ut par pari referatur. — 15. *κατέσχον τῶν γονέων*] *γονέων κατέσχον* (om. *τῶν*) Med. B. Scribe *τῶν γον. κατ.* — 16. *οὐδόλως* Vat. B. Rom. Brub. — *οὐδ' ὅλως* Med. B. P. Steph. sqq. — 17. *περὶ*] *παρὰ* Med. B. — 19. *περιχώρους* Med. B. Heyn. Boeckh. — *περὶ χώρους* Rom. sqq. — *παρὰ χώρους* Vat. B. — 20. *διὰ τοῦτο* Med. B. Rom. sqq. (in Med. B. *διατοῦτο*) — *δὲ τοῦτο* Vat. B. Vide quot sphalmata Vat. B. habeat ut prope dixerim induat personam alterius codicis. — Ib. *πρυτάνει* Med. B. Rom. sqq. — *πρυτανεῖ* Vat. B. — 22. *οἱ* Med. B. Rom. sqq. — om. *οἱ* Vat. B. — (Ib. ante *ἔοικε* novum colon non indicant ll. mss.). — 24. *προσφωνητικὸν* [Vat. B.] Rom. sqq. — *προσφώνησιν* Med. B., recte, opinor, ut plurima h. l. rectius habet hic liber. Cf. Longin. de subl. 26, 3 et Steph. Thes. s. v. *προσφωνηματικός* et *προσφώνησις*. — 25. *ἐστι τῆς* (om. *καὶ*) Med. B.

ad 1, 1. *Παῖ Ῥέας*] *πρυτανεῖά φησι* Vat. B. — *Παῖ Ῥέας ἅτε πρυτανεῖα λέλογχας Ἑστία*] *τὰ πρύτανα* (sic) *φησὶ* Med. B. — Articulo opus est interpretanti. — 2. *ἐν γὰρ πρυτανείοις* (om. *τοῖς*) Med. B. — 3. *εἴη δ' ἂν πρυτανεῖον κατὰ τὸ ἔτυμον πυροταμεῖον* [Vat. B.?] Rom. sqq. — *τοῦ δὲ ἱεροῦ πυρὸς ἐν τοῖς πρυτανείοις φυλαττομένου, εἴη ἂν τὸ ἔτυμον πυροταμεῖον* Med. B., causam huius etymi disertius addens. — Vat. B. non consului. — 4. *καὶ τὸ* $\overline{\nu\iota\nu}$ Med. B. — 5. *αὔξειν καὶ θάλλειν* [Vat. B.?] Rom. sqq. — *θάλλειν καὶ αὔξεσθαι* Med. B. — 8. *τῆς ὁμοθρόνου καὶ συμβασιλευούσης* Med. B., altero articulo recte omisso. — vs. 4. *ἀγλαῷ σκάπτῳ πέλας*] *τοὺς ὄντας πλησίον τοῦ σκήπτρου, ἤγουν τῆς ἀρχῆς*. gl. Tricl. (*α'*).

ad 5, 2. Verba *καὶ θυσίαις* recte omissa in Med. B., nam *λοιβαῖσιν* Pindari per *σπονδαῖς* exprimitur, *κνίσᾳ* vero per (3) *ταῖς θυσίαις*. — 4. In *fragmento Sophoclis* (760 Df. = 653 N) uterque codex *πρῶρα* (*πρώρα* Romanae vitium est), cui cum *πρῶτα* sive *πρῶτα* supponere vellent, obliti sunt consuetudinis Graecorum qua imagines et translationes a re navali repetebant. Et si *πάροιθεν πρῴρας ἄηται καρδίας θυμὸς ἔγκοτον στύγος* (Ch. 390.) ab Aeschyli audacia ingeniosa non abhorruit, quo iure

Sophocli *πρῷρα λοιβῆς Ἑστία* quin dixerit eripiamus? — 4. *κνίσης* Vat. B. Rom. P. Steph. — *κνίσσης* Med. B. Brub. Ox. sqq. — 5. *σημαίνει* ab utroque cod., *καὶ* a Med. B. abest. Decurtatus sermo reliquis non refragatur: *ἀπὸ οὖν τῆς κνίσσης, ὅ ἐστι τῆς πιμελῆς, τὰς θυσίας* (sc. *σημαίνει, φησί*).

ad 8, 2. *καὶ τοῦ*] *τοῦ* (om. *καὶ*) Med. B. (qui ante *τοῦ* plenius distinguit).

ad 10, 1. *διατελέσαι* Med. B. — 2. *ἀλύπῳ τῇ καρδίᾳ* Med. B., recte. — 4. *αὐτοῖς σὺν εὐδοξίᾳ* (*είᾳ* cod.) *ἐξενιαυτῆσαι τὴν πρυτανείαν, σὺν* (om. et *διανύσαι* et *καὶ*) Med. B. — *αὐτοῖς σὺν εὐδοξίᾳ* .... *τὴν πρυτανείαν σὺν* (om. *καὶ* et inter *εὐδοξίᾳ* et *τὴν* lacuna 12 vel 14 literarum spatio aperta) Vat. B. — *αὐτοῖς διανύσαι σὺν εὐδοξίᾳ τὴν πρυτανείαν, καὶ σὺν* Rom. sqq. — Librarius codicis Vaticani haesisse videtur in voce reconditiore *ἐξενιαυτῆσαι* ideoque ibi lacuna patet, quam ut expleret bonus ille typographus Papalis, ex priore scholio arripuit *διανύσαι* eademque opera *καὶ* alieno loco intulit. Vocabulum illud *ἐξενιαυτῆσαι* Lexicis adiiciendum est et idem valet cum *διενιαυτίζειν* Herodoteo (4, 7) i. e. annum transigere usque ad finem. Apud Platonem (de Legg. IX) *ἀπενιαύτησις* et *ἀπενιαυτεῖν* (*ἀπενιαυτησάτω*), i. e. per annum exulare, satis certa, ut non sit necesse h. l. *ἐξενιαυτίσαι* scribere. Vide Lexx. s. v. *ἀπενιαυτίζειν* (Xen. Mem. 1, 3, 13) cett.; *ἐνιαυτίζεσθαι* (fr. Plat. Com. 2, 654. Mk.) i. e. annum agere; *ὑπερενιαυτίζειν* (Julian. Epist. 23, 8.) i. e. ultra annum durare. — Utrumque igitur scholion cum prius

εὔχεται τὴν ἀρχὴν μετὰ δόξης αὐτὸν διατελέσαι σὺν ἀτρώτῳ καὶ ἀλύπῳ τῇ καρδίᾳ,
τουτέστιν, ἀπταίστῳ καὶ ἀβλαβεῖ (sc. *τῇ καρδίᾳ*) *τὴν ἐνιαυσίαν ἀρχὴν διανύσειε.*

tum vero alterum

παράσχου οὖν αὐτοῖς σὺν εὐδοξίᾳ ἐξενιαυτῆσαι τὴν πρυτανείαν, σὺν ἀλύπῳ καρδίᾳ.

tam plane exprimit ea verba quae tradita sunt

ἀλλὰ σὺν δόξᾳ τέλος
δυωδεκάμηνον περάσαι σὺν ἀτρώτῳ καρδίᾳ,

ut et Optativum[25]) et duplex *σύν* et inter *σὺν δόξᾳ* et *σὺν ἀλύπῳ κραδίᾳ* Asyndetum confirmet. Quare quod antea de hoc loco statuebam, ex *δόξαι* male intellecto exortam esse corruptionem, ut, utrobique adscriptâ e scholiis glossâ *σύν*, germanas voculas *νῦν* et *νιν* expulsas haberemus, id nunc reiicio et vulgatam lectionem sanam esse censeo. Videtur autem geminatum illud *σὺν δόξᾳ* et *σὺν ἀτρώτῳ κραδίᾳ*, quod ita suspensos tenebat Heynium aliosque ut multa tentarent atque excogitarent, ad id potius genus sermonis revocandum esse, quod cum omnium poetarum et oratorum tum maxime Graecorum est, ut idem bis dicant et affirmando et negando contrarium. Cuius generis loquendi quot differentiae sint et grammatici docent (ut Kühner. Gr. Gr. p. 1089 sq.) nec iam omnes satis excussae sunt, sed id universa haec abundantia habet, ut alterum membrum priore expressius atque explicatius sit. Et cadit hoc non solum in simpliciora exempla, ut *οἷος ἄνευθ' ἄλλων, κατ' αἶσαν . . . οὐδ' ὑπὲρ αἶσαν, γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτα, ἑκόντα κοὐκ ἄκοντα, ἀγχοῦ . . . κοὐ μακράν*, sed etiam in refertiora et impeditiora ut in haec verba Pindari, quae nostrum elegantiae sensum excedunt.

ad 13, 2. *ἀνδρεῖον τὲ* et Vat. B. et Med. B. — 2 sq. *Ἄλλως*, quod in Med. B. suo loco collocatum est (ante *τὸν πατέρα*), in Vat. B. Rom. sqq. ante *θαητὸν* (3) legitur. Quod correxit Beckius. Reliqua nihil variant. Nec Triclinius quidquam novi affert (l. l. p. 27 sq.), nisi (quod advertas) *ἀδειλίαν* vocem quae alibi vix inventa est; eiusdem glossa est *τὸν ἀδελφὸν* (non *τὴν ἀδελφὴν*) *αὐτοῦ τοῦ πατρός*.

---

25) Si Schol. Infinitivum *περᾶσαι* exprimere voluisset, id aliter fecisset ac per *εὔχομαι* et per ipsum Optativum. Vide Schol. ad Ol. XIII, 163 vulg., ubi hunc Infinitivum qui imperantis est per *χρή, παρακελεύεσθαι* (haec in vulg. ex Vat. B.), *δεῖ, δίδου* (haec male coniungit Sch. in Caes. A; cf. Schol. Germ. p. 66) explicat.

ad 16, 1. *εἴ τις δὲ πλούσιος καὶ καλὸς* Rom. sqq. — *εἰ τις δὲ πλούσιος φησὶ καὶ καλὸς* Vat. B. — *εἴτις ἐστὶ πλούσιος φησὶ καὶ καλὸς* Med. B. — 6. *μὴ διὰ*] *μὴ δὲ* Med. B., male.

vs. 13 = 17 vulg. *εὐμορφίᾳ διενεγκὼν* (?) *κρείττων γενήσεται* gl. Tricl. (*α´*).

ad 22, 3. *ὑπὸ τῶν ἀστῶν τῶν ἀγαθῶν* (Vat. B.?) Med. B. Rom. Brub. P. Steph. — *ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν* Ox. sqq. (omisso *ἀστῶν τῶν*). — Ne quis *ἀστῶν* Pindari in Scholiastae interpretatione requirat, vetat omnium (nam sine dubio idem Vat. B. praestat, licet h. l. non inspexerim) et codicum et vetustiorum editionum auctoritas. Operae Oxonienses omiserant, quod vitium usque ad hunc diem propagatum est. Vidissent editores, si vel unam ex tribus prioribus edd. Scholiorum consuluissent. Sed plus inde efficitur. Latere enim sub his scholii verbis corrupti textus optimum medicamentum quis non videt? Verba sicut traduntur

ἐν λόγοις δ᾽ ἀστῶν ἀγαθοῖς (Tricl. *ἀγαθοῖσι*) *μὲν αἰνεῖσθαι χρεών,*
καὶ μελιγδούποισι δαιδαλθέντα μελιζέμεν ἀοιδαῖς.

cum accusativus desideraretur, qui verbo *αἰνεῖσθαι* subiectus esset, cumque praeterea haud immerito *μέν* sic positum offenderet, varie tentata sunt, plurimi autem iique optimi editores assensi sunt Mingarello et Heynio, qui *ἀγαθοῖσί μιν* reposuerunt. Atqui Veteres Interpretes hoc dixerunt

ἐν δὲ τῇ τῶν ἀγαθῶν γνώμῃ ἐπαινεῖσθαι τοὺς ἀγαθοὺς προσήκει, φησίν. ἢ οὕτως· τοὺς τοιούτους καὶ τοιαῦτα ἠσκηκότας ἄρχοντας δεῖ ὑπὸ τῶν ἀστῶν τῶν ἀγαθῶν ἐπαινεῖσθαι καὶ κοσμεῖσθαι ποιήμασιν:

Quae quidem verba in altero colo (sive addito *τῶν ἀστῶν* sive non addito) possunt sic intellegi ut (in 3a ed.) Bergkius intellegi voluit: Scholiastam *ἐν λόγοις* ab *ἀστῶν ἀγαθοῖσι* disiunxisse, ut hic dativus auctoris (quem Graecum vocamus) ad *αἰνεῖσθαι* pertineret, i. e. *a bonis civibus laudari.* Sed hoc ut dederis sagacitati viri praestantissimi, idem de antecedenti commate prima facie non largiere, sed videbitur hic Sch. aut scripsisse *ἐν δὲ τῇ τῶν ἀστῶν γνώμῃ* (vocibus *ἀστῶν* et *ἀγαθῶν* ob parilitatem inter se permutatis) et in textu legisse *ἀγαθοὺς*, non *ἀγαθοῖς*; aut habuisse in textu *ἀγαθῶν* et ex proximis poetae verbis subaudivisse *τοὺς ἀγαθούς.* At istae suspiciones diversarum lectionum, quae sub verbis interpretum lateant, admodum fallaces sunt, ubi non ex ipsis effulget aliqua huius differentiae memoria, ut Nem. X, 62 de *ἥμενον* et *ἡμένος.* Ac diligentius huius Scholiastae verba expendenti eaque cum altera opinione comparanti, nihil potius diversae lectionis inter eos interfuisse apparebit. Nam si is quoque verba poetae accepit pro 'in sermonibus laudari a bonis civibus' et hoc ad omnes urbes pertinere voluit, non potuit melius efferre mentem suam, quam si, oppressa voce *ἀστῶν*, in breve contraxit ita 'bonorum (non malorum) sententia bonos laudari oportet.' Id autem differt inter hos interpretes, quod alter Pindarum generatim de omnibus civitatibus locutum esse existimat, alter vero eius verba ad Tenedios magistratus Tenediosque cives retulit. — Consensui veterum obsistere difficile est, sed tamen restat aliqua dubitatio. Quaeritur enim non quid uterque legerit, sed quid ambo legerint, cum praesertim argutiae illae interpretum, quas modo explicavimus, in eisdem vocibus vertantur, quas sicut traditas accepimus corruptas habere videmur, dico in *ἀγαθοῖς μέν*, quae et metrica et syntactica defectione laborant. Si tamen hoc invenerunt, particula *μέν* nequaquam aliena aut inutilis est, atque eorum interpretationi maxime conducit, quoniam hoc habet, ut a bonis, non a malis laudentur boni, et sic *ἀστῶν ἀγαθοῖς* facilius seorsum intellegatur. Cur igitur non cum Triclinio una addita literula *ἀγαθοῖσι μὲν* scribamus? Cadit praeterea arsis dactylica in *ἀστῶν ἀγαθοῖσι* inter trochaeos et spondeos, ut hae duae voces praecipua cum vi rhythmica efferantur pariter atque in praecedenti versu *γᾶν.* At dura syntaxis relinquitur, non solum divulso ab *ἐν λόγοις* genetivo proximo et altero dativo, sed etiam omisso apud *αἰνεῖσθαι* accusativo. Et hoc quidem removeas, si statuas eos non cum Triclinio legisse *ἀγαθοῖσι μέν*, sed aut cum

Mingarello *ἀγαθοῖσί μιν* (vel potius *νιν*), aut, quod praeferam, *ἀγαθοῖς ἓ μὲν* vel *ἀγαθοῖσι τὸν*, quorum hoc verbis scholii usuque poetae, illud facilitate corruptionis commendatur et consimili loco Nem. VII, 24 sqq.:

τυφλὸν δ' ἔχει
ἦτορ ὅμιλος ἀνδρῶν ὁ πλεῖστος· εἰ γὰρ ἦν
ἓ τὰν ἀλάθειαν ἰδέμεν, οὔ κεν ὅπλων χολωθεὶς
ὁ καρτερὸς Αἴας ἔπαξε διὰ φρενῶν
λευρὸν ξίφος.

ubi non minus depravatum est quod in codd. legitur *ἐάν* et *ἐάν*. Recte autem se habet *ἓ μὲν* i. e. *illum quidem*, bonum civem vel prytanin felicem, fortem, modestum, non quemlibet alium. Sed in altero haeremus. Cur poeta tam ambigue locutus est? quippe quem non fugeret haec verba plurimis qui audiebant nihil aliud valitura esse quam *ὃν φᾶμαι κατέχοντ' ἀγαθαί, λόγοι φέρτατοι, λόγοι θνατῶν, εὐλογίαι ἀστῶν* et quae his sunt similia? Soline ille confidit arsi rhythmicae, ut recte intellegerentur, an ne voluit quidem intellegerentur? ut oblique admoneret de adversariis Aristagorae malis civibus ac seditiosis qui optimum prytanin detrectarent? Sunt quae eodem ferant (vss. 44 sqq.), si ille in suspitionem inciderat regni appetendi. — Equidem nihil affirmo, sed aut prudens sciensque ambigue, aut minus considerate sic locutus est. Sin vero hoc scripsit

ἐν λόγοις δ' ἀστῶν ἀγαθῶν ἓ μὲν αἰνεῖσθαι χρεών,

nec Pindarus ullam aut ambiguitatem aut perversitatem sermonis admisit, et multo minus quaesita et obscura est utriusque Scholiastae interpretatio. — De insequenti versu nihil habeo dicere nisi nec sanum videri mihi *μελιζέμεν ἀοιδαῖς* nec hodie perplacere mihi id quod olim non sine temeritate invexi *μεμίχθ' ἐν ἀοιδαῖς*.[26]) Erat cum *ἀγαθῶν σφὲ μέν* et *δαιδαλθέντας ἑλισσέμεν ἀοιδαῖς* (cf. Eurip. Herc. fur. 690; Iph. Aul. 1480) coniicerem, quia causam non videbam, cur Scholiastae quod de uno scriptum haberent ad plures traduxissent, sed iam secus esse video.

ad 24, 1. *ἀνταγωνιστῶν* Med. B. Boeckh. — *ἀγωνιστῶν* Rom. sqq. — de Vat. B. n. n. — 3. *ἑκκαίδεκα*] *δεκαέξ* Med. B. — 4. *ἐπίδοξον*] *ἔνδοξον* Med. B.

ad 28, 2. *διατεθεῖσθαι* Boeckh.] *διατεθεῖσαι* [Vat. B.] Rom. sqq. Med. B., recte. Infinitivus (vitium typ. ed. Boeckh.) sensu caret; *ἐλπίδες ὀκνηρότερον διατεθεῖσαι* est *ἐ. ὀκνηρότεραι οὖσαι*, spes cunctantius affectae i. e. cunctantiores.

Ib. *Πυθῶνα*] *Πυθώνια* (sic) Med. B. Voluit ft. *Πυθὼ* scribere.

ad 30, 1. *πρόκειται* Rom. sqq. — *πρόσκειται* Vat. B. Med. B., recte. Vitium Zachariae est. Non dicit Sch. nullum propositum, sed nullum adiectum esse nomen. Boeckh.: 'vide ne legendum sit *πρόσκειται*'. — 4. In vs. Hesiodi (Theog. 232) *ἐπιόρκον ὅμοσαν* Med. B., male. — 6. Post *τὴν ἐμὴν δόκησιν* neglegentia haplographica sive editoris Romani sive eius archetypi (de Vat. B. n. n.) nonnulla verba exciderunt. Legitur in Med. B. *τὴν ἐμὴν δόκησιν καὶ ὑπόληψιν, ἀντὶ τοῦ, ἐφ' ᾧ δοξάζομαι ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐπίορκος. ὁ δὲ ὅλος νοῦς οὕτως· ναὶ μὰ γὰρ τὸν ὅρκον κατὰ τὴν ἐμὴν δόκησιν ἔν τε Πυθῶνι κτἑ.* Videtur Sch. dicere 'sicut *existimor* (praedicor) non esse periurus', (quasi *meam fidem*) non 'sicut *arbitror*' aut 'de qua re *glorior* me non peierare', nam mediae vocis *δοξάζομαι* exempla non reperio. — 7. *ἀνταγωνιζομένων* Boeckh. — *ἀγωνιζομένων* Vat. B. Med. B. Rom. sqq. — 9. Extr. Med. B. post *ἀναδησάμενος τὴν κόμην* addit *τοῖς στεφάνοις*, non transmisit igitur verba Pindari *ἐν πορφυρέοις ἔρνεσιν.*

---

26) De qua coniectura in adnotatione critica nihil adscriptum est, quia occurrit, cum in hac plagula menda typographica corrigebam.

ad 31, 1. Lemma in utroque cod. est *Παρὰ Κασταλίᾳ καὶ παρ' εὐδένδρῳ μολών* (Vat. B. ut solet *μολῶν*), sed *Καὶ παρ' εὐδένδρῳ μολὼν ὄχθῳ Κρόνου* in Rom. sqq.

ad 37, 1. Hic quoque in lemmate peccatum est, quod dum in Vat. B. Med. B. recte se habet *Ἀλλὰ βροτῶν τὸν μὲν κενεόφρονες αὖχαι*, in Rom. *τὸν* excidit. Non debebant igitur Heyn. et Boeckh. delere *μὲν*, sed addere *τὸν*. — 2. *τῶν μὲν αἱ* Med. B., male. — Ib. ridiculum mendum ed. Romanae *ἐκ τῶν παρὰ ποδῶν καλῶν ἀποτυχεῖν*, quod sex deinceps editorum cura non sustulit, tollit et ipsa ratio et codicis Med. B. auctoritas, qui *παρὰ πόδας* habet. Alterum cod. h. l. non consului; sine dubio editor Rom. breviatam scriptionem perperam intellexit, cum syllabae $\overline{ων}$ et $\overline{ας}$ non habeant nisi tenuem curvati apicis distinctionem. — 5. *σφαλῆναι*] *ἀποσφαλῆναι* Med. B.

ad 43, 4. *τὴν τῆς Λέσβου* Vat. B. Med. B. Rom. sqq. — *τὴν ὑπὲρ τῆς Λέσβου* Heyn. Boeckh. — 5. *παρὰ* (non *περὶ*) *τὰ Ἰσμηνοῦ ῥεύματα* Med. B. — 6. *λίαν εὐμαρὲς ἦν καὶ* Med. B. Illud *λίαν* Pindari, cum recentiores quoque scriptores frequenter idem usurpent, possit videri glossa alius vocis, ut eius quam Pauwius reposuit, *μάν*; vide tamen Hesych. v. *λήν*, *λίαν*. — 7. *ὡς ἀπό τινος Πεισάνδρου τῶν παλαιῶν ὄντος τοῦ Ἀρισταγόρου*, ita rectius verba collocata sunt in Med. B. — 10. *ἐν τῷ α' περὶ Αἰολικῶν* Vat. B. — *ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Αἰολικῶν* Med. B. Rom. sqq. — *ἐν τῷ πρώτῳ Αἰολικῶν* Boeckh. Apud Tzetzas qui hoc ex Scholiis Pindaricis sumpsisse videntur, in Comm. ad Lycophr. v. 1374 legitur *ἐν πρώτῃ* (v. l. *πρώτῳ*) *Αἰολικῶν*. Cf. fr. Hellanici 114. Muell. — 14. *οὗτοι οἱ* Vat. B. Med. B. Rom. sqq. — Delevit Boeckh. *οὗτοι*.

ad 48, 2. Cum in antecedentibus coniecturae virorum doctorum non confirmarentur, hoc loco lectio Medicei B. *πρακτικοῦ* fidem facit iudicii Boeckhii, qui idem pro *πατρικοῦ* reposuit. Neque aliud significare voluit librarius Vaticani B., cum $\overline{\text{πρικοῦ}}$ scriberet, transversa linea superimposita, quod scripturae compendium cum ambiguum esset (nam $\overline{\text{πρὸς}}$, $\overline{\text{πρὶ}}$ sexcenties inveniuntur pro *πατρὸς*, *πατρὶ*), Zacharias male explicavit. — Non minus recte Med. B. antea (1) pro *φύσει* habere videtur *φησὶν*, quamquam ibidem peccat *ἀρχαὶ* scribens pro *ἀρχαῖαι*. Est *φύσει* non alienum quidem, sed non solent talia admiscere interpretes. — 3. Pro *ἕως* in eodem libro vox compendio scripta, quae aut *ἤως* aut *ἤγουν* legi potest, utrumque pessime, hoc vel ideo quia *ἤγουν* inter vetera Scholia rarissimum est. — 4. sq. *τὸ δὲ μεταξὺ ἠμαυρωμένον* Rom. sqq. — *τοῦ δὲ μεταξὺ γένους ἠμαυρωμένου* Boeckh. — *τῶν δὲ μεταξὺ ἠμαυρωμένων* optime Vat. B. (is *τὸ* infra, *τῶν* supra) Med. B. (idemque paulo post *ἐκείνου* pro *ἐκείνων*). Haec igitur non recte a Boeckhio emendata esse ex utroque codice manifestum est. Leguntur ibi verba: *οὗτος οὖν, φησίν, ἀπὸ Μελανίππου γεγονὼς καὶ Πεισάνδρου δραστηρίων γεγονότων, τῶν δὲ μεταξὺ ἠμαυρωμένων, αὐτὸς ἐξέλαμψε τῶν ἐκείνων ἀρετῶν, αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ ἔδειξε τὸ γένος οἷον ἦν.* In quibus nullam video offensionem sermonis, nisi quod Sch., paulo pressius loquens, ad *ἀπὸ Μελανίππου* subaudiri iubeat *μέν*, ante alterum *αὐτὸς* mente addi *καὶ* vel simile quid. Error autem ed. Romanae natus est ex cod. Vaticano, cuius librarius, quoniam primo impetu mendum *τὸ* intulerat, statim correxit errorem, compendio syllabae *ῶν* supra posito; quo non animadverso Zacharias non solum *τὸ* iteravit sed etiam *ἠμαυρωμένων* in *ἠμαυρωμένον* commutavit, errorem errore cumulans. Solent enim codicum Graecorum librarii diligentiores (ut vel hodie adolescentuli nostri censuerunt, ne munditias scripti delendo corrumpant) non tollere traducta linea aut litura corrigere ea quae titubante calamo peccarunt, sed supra tantum vera lectione adscripta notare mendum, ita ut duplicis lectionis species inde exoriatur. Quod multos qui usum codicum non habent fefellisse cognovi. Hoc igitur dicit interpres 'Aristagoram, cum a Melanippo quidem et Pisandro fortibus viris ortus esset, alii vero obscuriores intervenissent, ipsum prae his (obscurioribus) virtute enituisse, ipsum per se gentem qualis esset ostendisse'. — 6. De *ἀποφέρονται* nihil adscriptum habeo; erit in utroque; sed nihil inde colligo de lectionis diversitate, cum *ἀναφέρειν* (Thuc. 5, 16, 2 [oraculi verba]; Eurip.

Phoen. 1410) et ἀναφέρεσθαι (hoc solo loco) poetica sint et rara de propria vi ac potestate *reducendi*, ἀποφέρεσθαι autem etiam in pedestri oratione *referendi domumque reportandi* notionem habeat, ut *reddendi* ἀποδοῦναι. Vide Lexx. Interpres plerumque non ipsa poetae verba repetit sed aliis utitur similibus quae aut solutae orationis aut ei propiora sunt; ut igitur h. l. παλαιαί pro ἀρχαῖαι, ἐναλλασσόμεναι pro ἀλλασσόμεναι, ταῖς τῶν ἀνθρώπων γενεαῖς pro γενεαῖς ἀνδρῶν, μὴν pro ὦν habet, sic ἀποφέρονται pro ἀναφέρονται posuisse existimandus est. Quare, non convenit mihi cum Bergkio de coniectura ἀπφέροντ'. Quod v. 41 idem coniecit πλουτώσιον, valde arrideret, si aliunde testatum haberemus; interea sensu duce (et ft. sic legit Sch.) πλούτῳ τ' ἴσον praeferam vulgatae πλούτῳ ἴσον. Omissam esse vocem πλούτῳ in Vat. B. (eiusque apographo Aug. C.) non magni facio; exstat enim in Med. B. et in eis libris qui ab hoc suspensi sunt. — 8. ἁπάσαις] πάσαις Med. B.

ad 55, 1. Lemma Scholiastae non τέρμα (id Calliergus peccavit) habere, sed τέκμαρ, iam in ed. mea dictum est. — 3. μεγάλα τε μενοινῶντες Vat. B. Med. B. Rom. sqq. (nisi quod in mss. est τὲ; vide quod supra dixi de Nem. X, 153, 4) — μεγάλα μενοινῶντες Boeckh. — De hoc scholii loco duo habeo dicere, quae ad ipsa poetae verba pertinent. Commoniturus Aristagoram, ne modestiam excedat, de omnium rerum vicissitudine praecipit: modo claram modo obscuram fuisse gentem huius Praetoris, sicut nec terra continuo fruges ferat neque arbores semper flores frugiferos; tales etiam esse hominum sortes, incerta futura. Tum hoc dicit:

ἀλλ' ἔμπαν μ ε γ α λ α ν ο ρ ί α ι ς ἐμβαίνομεν,
ἔ ρ γ α τ ε πολλὰ μενοινῶντες.

quae verba a Sch. ita explicantur:

ἀλλὰ μεγαληγοροῦμεν, μεγάλα τε μενοινῶντες καὶ φροντίζοντες ὑπὲρ ἑαυτούς.

Ex his *legisse* Scholiastam μ ε γ α λ η γ ο ρ ί α ι ς quis quaeso cum Bergkio colliget? Quia scilicet a μεγαλο- incipit utrumque? At idem Scholiastes quod v. 38 ἀλλάσσεσθαι at ἀμφέρεσθαι per ἐ ν α λ λ ά σ σ ε σ θ α ι et ἀ π ο φ έ ρ ε σ θ α ι *interpretatus est*, non ideo *legit* aut ἀπφέροντ' aut ἐ ν α λ λ α σ σ ό μ ε ν α ι. Ut autem trita sunt μεγαληγόρος, μεγαληγορία, μεγαληγορεῖν, ita μεγαλανορία (μεγαληνορία) et μεγαλάνωρ (μεγαλήνωρ) a vulgari usu remotissima.[27]) Et notiones proximae sunt, cum illud iactationem et fastum, hoc superbiam significet, ut μεγαλανορίαις ἐμβαίνειν per μεγαληγορεῖν familiari interpretatione reddi possit. Accipe exemplum. In Leidensi codice tertio (O) non solum in textu Pindari Ol. I, 53 = 85 vulg. legitur κατηγόρους pro κακαγόρος (κακαγόρους), sed etiam in Scholiorum commate priori τοὺς κατηγόρους et in altero οἱ κατήγοροι et κατηγοροῦντες, tum in eodem κακηγόρους, denique in tertio utrumque rursus, et τοὺς κατηγόρους et κακηγορία, κακηγόρους, κακηγόρου. Fac periisse cunctos testes hoc excepto, num coniecturam inde capere liceret non de errore vel neglegentia librarii tritam vocem supponentis rariori sed de diversa lectione Scholiastarum, quasi unus vel alter apud Pindarum non κακηγόρους (maledicos) sed κατηγόρους (accusatores) invenisset? Non verius hoc diceremus, quam si quis ex μεγαληγοροῦμεν Scholiastae de lecto apud poetam μεγαληγορίαις coniecturam faceret. Videtur igitur vir eximius in eandem fraudem incurrisse cum Valckenario, qui cum ad Euripidis verba in chorico Phoenissarum 183 sqq.

Νέμεσι καὶ Διὸς βαρύβρομοι βρονταί,
κεραύνιόν τε φῶς αἰθαλόεν, σύ τοι
μ ε γ α λ α ν ο ρ ί α ν ὑπεράνορα κοιμίζεις.

unum de Scholiastis adscribere videret μεγαλανορίαν] μεγαλοφροσύνην, μεγαλορρημοσύνην, ἤγουν[28]) μ ε γ α λ η γ ο ρ ί α ν, ex hac interpretatione *legisse* eum apud tragicum μεγαληγορίαν coniecit idque tot

27) Vide Lexx. et hoc adverte, μεγαληγορίαν apud Didymi aequalem Dionysium Halic. saepius inveniri.

28) Hoc ἤγουν recentiorum interpretum est, ut ne vetusta quidem glossa esse videatur.

editoribus Euripidis persuasit, ut vel hodie in hoc loco falsa lectio inhaereat. Quamquam *μεγαλανορία ὑπεράνωρ* et Eustathii testimonio confirmatur[29]), et tragicorum cum omnium tum maxime Euripidis eloquium decet, et frustra de ea God. Hermannus atque in Thes. Steph. Lud. Dindorfius admonuerant. Vide ne huc quoque irrepat.

Sed alterum superest quaerere quod difficilius est. Offendit non solum apud poetam verbum finitum *ἐμβαίνομεν* cum participio *μενοινῶντες* per *τε* consociatum sed etiam ipsa Scholiastae interpretatio. Videri is potest idem legisse et vestigia Pindari persecutus esse, cum non minus duriter per *τε* adiungeret *μενοινῶντες*, cui tum explicandi causa subiiceret *καὶ φροντίζοντες ὑπὲρ ἑαυτούς*. Quamquam insolitas structuras verborum non mera iteratione hi homines repraesentare solent, nec si ipsa verba poetae repetiturus erat, *ἔργα πολλά* in *μεγάλα* convertere debebat. Id autem fieri nequit, ut *τε* — *καί* inter se cohaerere voluerit, cum interpretes veteres nunquam id faciant sed semper explicatiora per simplex *καί* adiiciunt. Nec possunt facere, nam per *τε* — *καί* non unum adiungitur, sed coniunguntur duo quae simul disiunguntur et opponuntur alterum alteri: vide adn. crit. ad Ol. XIV, 5. p. 192 sqq. Nescio an non literarum sed distinctionis literarum error utrobique corruptionis causa fuerit, ut apud Pindarum

> *καὶ θνατὸν οὕτως ἔθνος*[30]) *ἄγει*
> *μοῖρα· τὸ δ' ἐκ Διὸς ἀνθρώποις σαφὲς οὐχ ἕπεται*
> *τέκμαρ· ἀλλ' ἔμπαν μεγαλανορίαις ἐμβαίνομεν,*
> *ἔργ' ἅτε πολλὰ μενοινῶντες· δέδεται γὰρ ἀναιδεῖ*
> *ἐλπίδι γυῖα· κτἑ.*

apud Scholiastam vero

> *καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς φυτοῖς καὶ ταῖς ἀρούραις ἀναδέχεται . . . . τὸ (δὲ) ἀποβησόμενον τέλος ἐκ τοῦ Διὸς . . . οὐ προγινώσκομεν οἱ ἄνθρωποι, ἀλλὰ μεγαληγοροῦμεν μεγάλα, ἅτε μενοινῶντες καὶ φροντίζοντες ὑπὲρ ἑαυτούς.*

legendum sit. *Ἅτε* pro adverbio ab Homero quidem Hesiodoque et a tragicis abiudicant plerique criticorum, illud Lehrsio hoc Porsono duce, etsi vereor ut a quibusdam locis recte exulet, sed Pindaro ita consuetum est, ut vel in his quae ex tanto librorum naufragio salva enatarunt novies inveniatur. Ter cum participio coniungitur (Pyth. II, 79 sq. 84; fr. 109), quater vel quinquies postpositivum est (Ol. I, 1 sq.; XII, 14; Pyth. IV, 30.; Nem. VII, 105; fr. 109 (?)); ipsa vis et potestas huius voculae aptissima est. Ubique enim ad rem omnibus notam refertur, ut aut exempla et comparationes ex vita hominum media desumpta afferat aut id quod quasi per se intellegitur. Quo pacto fit ut etiam cum aliquo aculeo dicatur, ut in illo

> *ποτὶ δ' ἐχθρόν, ἅτ' ἐχθρὸς ἐών, λύκοιο δίκαν ὑποθεύσομαι.*

i. e. '*qui quidem* s. *quippe qui, quia scilicet* inimicus sum' (Pyth. II, 84). Nec multo aliter ib. v. 79 sq.

> *ἅτε γὰρ εἰνάλιον πόνον ἐχοίσας βαθὺ*
> *σκευᾶς ἑτέρας, ἀβάπτιστός εἰμι φελλὸς ὣς ὑπὲρ ἕρκος ἅλμας.*

i. e. (non *ut si* ut Disseno placuit sed) '*cum scilicet* cetera retis supellex in profundo mari laboret,

---

29) Laudat enim (lapsu memoriae invertens verba) *μεγαλάνορα ὑπερανορίαν* tanquam insigne acumen Euripideum in Comm. ad Iliad. p. 462, 4 (= I, 369, 25 ed. Lips.).

30) Quod persimili istius vitio in codd. *οὕτω σθένος* scriptum est eaque vulgata lectio erat, donec Heynius ex Scholiorum interpretatione rectissime *οὕτως ἔθνος* reposuit.

non immergor sed suberis instar innato salsis undis', ubi non viderunt interpretes ἅτε ad ἐχοίσας pertinere. Acerbius etiam et cum contemptu in his:

ἐνδομάχας ἅτ' ἀλέκτωρ (Ol. XII, 14.)
τέκνοισιν ἅτε μαψυλάκας (Nem. VII, 105.)

sed etiam causam omnibus notam afferre videtur in fr. 109 (= 122 Bgk.)

θεὸς (vulg. θεῶν) ἅτε πλέον τι λαχών

i. e. '*quippe qui* deus plus (ceteris diis) sortitus sis', de Jove. Nusquam ἅτε est *ut* (wie) simpliciter, sed semper *utpote* (wie ja), *cum scilicet* (während ja natürlich), *quia scilicet* (weil ja, da ja). Paulo uberius haec disputavi, cum a grammaticis nostris parum diligenter tractata viderem[31]); neglexerunt enim dicere, eandem participii cum ἅτε coniunctionem quae postea in prosa obvia sit iam quinquaginta annis ante Herodotum apud Pindarum inveniri. Quae structura particulae quando primum invecta sit quandoque coeperit Graecis in frequentem ac promiscuum usum venire, in tanta literarum iactura adeo nemo affirmabit, ut vel initia eius apud Homerum deprehendenti aegre obsistat. Quid autem ad hunc locum accommodatius poeta dicere potuit quam hoc: 'Mortalia facta peribunt, intuta omnia. Attamen superbias conscendimus[32]), facinora *scilicet* multa molientes; devincta enim sunt impudenti spe membra cett.' —; quid Scholiastes, si haec non ad verbum sed ad sententiam expressurus erat, aut rectius intellegere aut strictius interpretari quam sic: 'Attamen magna magnifice loquimur, quippe molientes ac solliciti supra nosmet ipsos' —? Nam ἅτε quin usurparet, nulla causa erat, cum haec particula statim post Aristotelem saepius quam antea frequentetur.[33]) Nec tamen ausim Scholiastae tribuere μεγάλ' ἅτε μενοινῶντες, vel propterea quod illam collocationem non memini me apud recentiores ac pedestres scriptores invenisse.

---

31) Ut Zeunio ad Viger. p. 34; Baeumleino de Particc. Graec. p. 41 sq.; Kuehnero Gr. Gr. 2, p. 654; ne Erdmannus quidem (de Pindari usu syntactico, Halis Sax. 1867) hanc rem attigit.

32) 'Wir setzen uns aufs hohe Pferd' vel 'Wir fahren auf hohem Wagen', quam imaginem si animo poetae obversatam statuimus, comparari possunt ἅρμασιν ἐμβεβαώς Homericum (E 199) et χρυσοκολλήτοισιν ἐμβεβὼς δίφροις Euripidis (Phoen. 2), quo etiam pertinet ἐπὶ πωλικῆς ἀπήνης ἐμβεβώς Sophoclis (Oed. R. 802 sq.). Est propemodum idem quod ἵππων, δίφρον ἐπιβαίνειν, idque saepius ad animum transfertur; cf. ἀναιδείης ἐπιβῆναι Homericum (χ 424), δόξης ἐπιβῆναι Sophocleum (Phil. 1463), et ipsius Pindari ἐπιβᾶσαί τινα εὐαμερίας (Isthm. I, 34), quae levi tantum discrimine ab ἐμβαίνειν c. dat. et (quod prosae est) ἀναβαίνειν ἐπί c. acc. separantur, ut *in*scendere, *con*scendere, *a*scendere equum. — Nec minus bene de navi cogitetur, de qua proprie dicitur ἐμβαίνειν (Hom. B 720. δ 656), ut sit 'Wir fahren auf hohem Schiffe'. — Possit etiam verti 'Wir fussen auf Grossmächtigkeit', nitimur superbiis, ut in illo Aeschyli ἐμβαίνειν ἁλουργέσιν (Ag. 946; cf. ἐν ποικίλοις κάλλεσιν βαίνειν ib. 923) et in verbis Pindari τὸ δὲ συγγενὲς ἐμβέβακεν ἴχνεσιν πατρός (Pyth. X, 12); cf. Homericum (κ 164) τῷ ἐμβαίνων, de cervo. Unde declinat illud Hesiodi χρυσέοισι πεδίλοις ἐμβεβακυῖαν de Junone (Th. 12) et quae similiter aliis dicuntur; quo huc translato, est 'Wir wandeln auf hohem Fusse, schreiten einher in Grossmächtigkeit'. Ambiguum est, quae imago subfuerit, ut omnis est huius generis perdifficilis et lubrica ratio. Sed ad solutae orationis exempla ut ad Platonis verba ἐὰν οὖν μὴ πρότερον ἐμβεβῶσι τῷ ἐπιτηδεύματι (Phaedr. 252 E) omnium postremum provocarim. Nec minus πολυσήμαντον nobis est 'beschreiten'. Mihi animus inclinat, ut conscendendi notionem praeferam, sive equus sive currus sive navis intellegitur; quo facit etiam *Propert.* 2, 10, 23 (= 2, 8, 27 = p. 248 ed. Lips.) 'laudis *conscendere* carmen', quod multo expressius est quam *attingere:* cf. Alexandri Aet. fr. (Meinek. Anal. Alex. p. 230) Μιμνέρμου δ' εἰς ἔπος ἄκρον ἰών. — Vix attinet addere verbum de inani Triclinianorum commento ἀλλ' ἔμπας μεγαληνορίην ἐμβαίνομεν (Ambros. B. Estens. A.), i. e. *Superbiam ingredimur* (Wir betreten den Weg [das Dach] des Hochmuths), quod ex lectione Euripidis videntur collegisse: cf. Eurip. Suppl. 989 ch. τήνδ' ἐμβαίνουσα κέλευθον (πέτρα); Cycl. 91 sq. ἄξενον στέγην τήνδ' ἐμβεβῶτες; — poterant iidem non minus temere ex Soph. Oed. Col. vs. 400 ὅπως . . . γῆς δὲ μὴ ἐμβαίνῃς ὅρων (cf. 924 et Oed. R. 825) arripuisse genetivum.

33) Vide Indicem Bonitzianum s. v.

5. πράως δὲ καὶ ἐν ἀρετῇ διάγειν Med. B, rectius, puto. In Rom, P Steph. Ox. est τὲ, in Brub. Beck. sqq. τε.

ad 59, 1. ἡμῖν] ὁμοῦ Med. B. — 5. μακροῦ ἡμῶν ἀπῴκισεν Med. B. (ῴ). — Vs. 46 et γυῖα et ῥοαί confirmantur interpretis verbis τὰ ἡμέτερα σώματα et αἱ ὁδοί.

ad 62, 3. Vitium Calliergi (aut codicis Vaticani) θίγειν a nullo editore correctum est. Med. B. θιγεῖν. — 4. τῶν οὖν εὐμηχάνων ἐρώτων φησὶν αἱ ἐπιθυμίαι Med. B, qui articulum suo loco reponit; ft. antea voluit οὐκ εὐμηχάνων. — 5. δεκαὲξ] ις Med. B. — 6. μηκέτι δὲ ὑπὲρ ταῦτα ζήτει: τέλος. Med. B. — Post haec codex Vat. B duo folia vacua habet nisi quod quisquiliis monachorum repleta sunt.

Quod undecimo Nemeonicarum opem tulisse videmur, si non aliis tamen nobismet ipsis gratissimum fecimus. Nam inter tot Pindari de sorte humana praecepta nulla magis quam vox illa paene divina, qua Christianam doctrinam cogitatione praecepit, de homine felicissimo

θνατὰ μεμνάσθω περιστέλλων μέλη,
καὶ τελευτὰν ἁπάντων γᾶν ἐπιεσσόμενος.

me per totius vitae aerumnas atque iniurias comitata suavi pariter ac severo solatio levavit, ut huic potissimum carmini acceptum referri oporteret. Non ignoro esse quibus plus laudis meriturus fuisse videar, si aulas, lasana, cacabos veterum conquisivissem et invisa atque inaudita de iis commentarer, vel si magistratuum rationem quae Ulubris fuerit sartorumve conditionem exputassem. At idem scio esse principum quorundam virorum ecclesiam pressam quidem atque occultam sed quae antiquum Genium placet libatione Musarum festis impune diebus, quibus et ipse placere velim. Mihi enim semper cum G. Hermanno de studiis antiquitatis persuasum fuit, non posse fieri ut florerent, dum ne interpretatio atque emendatio veterum scriptorum primum locum teneret. In hac igitur elaborandum est, huic meas quoque curas qualescumque sunt impendam. Nam si nuper eas ad grammaticam operam contuli, idem est, cum de usu sermonis deque gradu et processu dictionis veterum nequaquam omnia satis explorata habeamus. Opus est novo linguae Graecae Thesauro, desideramus Grammaticam eiusdem linguae ad Grimmiorum exemplum conformatam, caremus in plurimis atque optimis scriptoribus critica supellectile idonea et copiosa. Quodsi nunc haec nostra ars demutata esse ac paene subversa videtur, non eorum culpa est, qui in epigraphicis et historicis, in archaeologicis, in comparativa quam dicunt linguarum scientia multa eaque optime fecerunt, sed nonnulla eorum, qui in emendandis atque interpretandis veterum libris multo minore cum fructu ac diligentia versati sunt. Fons autem et origo huius mali, quantum video, non in Universitatibus sita est, sed in perversa Gymnasiorum institutione et moderatione, quae ita comparata est, ut non multum absit quin omnem usum veterum linguarum, omnem sensum amoremque antiquitatis trucidet. Ne destituamur spe fore ut hoc quoque detrimentum patriae resaciatur Gymnasiaque studiis restituantur vere liberalibus.

Habes supellectilem, cuius ope haec Scholia edere possis. Habes etiam de quibusdam rebus meam sententiam. Vale et

si quid novisti rectius istis,
candidus imperti, si non, his utere mecum.

Index

rerum et locorum praeter ipsa Scholia in hac commentatione tractatorum.

Emendanda.

pag.	5.	lin.	9.	ab inf.	pro	Nemeaei VII	lege	Nemeaei VIII
»	7.	»	13.	a sup.	»	ad Nem. X. Metr.	»	ad Nem. XI. Metr.
»	8.	»	16.	» »	»	qui κατατεθέντι	»	qui καταδοθέντι
»	9.	»	13.	ab inf.	»	creatus	»	creatur
»	9.	»	2.	» »	»	συνοικήσει	»	συνοικήσει τῇ Ἐριφύλῃ
»	11.	»	5.	a sup.	»	συνοικήσειν	»	συνοικήσειν τῇ Ἐρ.
»	11.	»	6.	» »	»	συνοικήσει	»	συνοικήσει τῇ Ἐρ.
»	11.	»	23.	» »	»	ἀπὸ τοῦ	»	ὑπὸ τοῦ
»	17.	»	8.	ab inf.	»	ἕδρα. ὃν	»	ἕδραν. ὃν
»	21.	»	14.	» »	»	ὑπερμήστρα	»	ὑπερμνήστρα
»	22.	»	5.	a sup.	»	se convertit	»	se convertet
»	22.	»	21.	» »	»	Euripides	»	Euripidis
»	45.	»	7.	ab inf.	»	censuerunt	»	consuerunt